siue ciuile, siue prætorium datur eis,vt pariat

actiones quæ allegassent pacta seu conuentiones, reponuntur per ius ciuile in specie contractus.

Et hoc potes videre in donatione apertissimè, quę fit autoritate illius cōstitutionis. C. de donat. si quis argentum. parit actionem. Et in pacto apposito iuxta cōtractum in cōtinenti, ꝙ autoritate iur. ciuilis parit actionē. ff. de pact. iure gen. §. quinimò. Itē dicit glo. quòd hic dicit bene, ꝙ omnes contractus sunt de iure gentiū, nō dicit obligationes, quia obligationes ex maleficio vel quasi, non sunt de iure gentiū: imò dicas ꝙ factū est, quia per ius gentium sit delictū: colligitur de obligatione ex quasi delicto. §. j. vnde per ius gentium bene contrahentur delicta, sed nō omnia: bene verum est ꝙ modus puniēdi in aliquibus delictis, vt per l. Cor. de sica. de parri. inuenitur per ius ciuile. de hoc habes ff. de ori. iu. l. ij. §. deinde Cornelius Sylla. Vnde dominia de iure gen. erant distincta, & erāt reges & principes ante mosaycā legē, nec probant dominia de iure gen. esse distincta per hoc quod scribitur in lege mosayca, Quicquid calcauerit pes tuus tuum erit: quia ibi loquitur secundum quod diuidit Deus illi terram vnā, & dixit ei. Vade ad terrā illam, quicquid calcauerit pes tuus tuum erit.

Lex est. No. ꝙ lex est, quod populus romanus & senatores, magistratu interrogante instituebat, veluti cōsule constituit. Et ꝫ. habes hic, quòd populus non potest facere consuetudinem magistratū, sicut nemò potest iura sine eo condere. l. vt hic. & lex & consuetudo eandem habeant autoritatem & potestatem. vt ꝫ. eod. tit. §. ex non scripto.

Aedil

1 *Aediles curules non tantam habent autoritatem sicut prætores:& qualiter dicuntur ædiles curules.*
2 *Iudex debet iudicare seundum constitutiones, & non secundum motum sui capitis.*

Plebiscitum est. Et dicitur in fine illius §. quòd plebiscita ortensia lata, quæ ita vocatur, quare qui fecit legem illã, vocabatur Ortẽsius imperator, & ille fecit cõpositionem inter plebẽ & nobiles, quia guerrã habebãt ad inuicẽ, & cõposuit vt statuta à plebe quæ ipsi fecerant, guerra durãte facta cõcordia, custodirẽtur pro lege, cũ facta à plebe nõ prius valuerint inter nobiles, nec à populo fuit obseruata, donec lex ortẽsia lata fuit, per quã fuit pax reformata inter nobiles, nisi per prius dici consenserint: quia lex & consuetudo parem vim obtinent. ĩ. eod. §. ex nõ scripto. & lex lata à plebe vel ius nõ ligabat nobiles, nisi cõsentirent. Itẽ clerici habent suum magistratum, scilicet episcopum: laici suum, id est, baliuũ. Et ita sunt duo populi: nã duo magistratus faciunt diuersas prouincias & diuersos populos. ff. de asses. l. si eadẽ. sed consuetudo vnius populi non astringit aliũ: quare certum est, quòd consuetudo nõ debet præiudicare clerico minori, per iura præal. s̃. prætorum quoque edicta dicit, ꝙ edicta prætorum vim legis obtinent. Item proponebantur ædiles curules: erant quidam prætores. quòd quidam essent prætores, habes ff. de orig. iur. l. ij. §. tempore. §. capta. deinde sardinia. & §. fi. Item quòd essent ædiles curules. ff. de orig. iur. l. ij. Item aut essent, qui habebant curam ædium.

Sed quòd ædiles curules essent prætores, id

non inuenitur:bene inuenitur quòd edictum ædilium continetur ſub edictis prætorum:†Sed quòd 1
ædiles curules eſſent prætores,vel ex prætoribus, hic non inuenitur,nec leges quas ad hoc adducit glo,hoc probantur ĩ.de diui.ſtip,§.prætorias.& ff. de verb.oblig.l.v.§.prętorię.Qualiter dicuntur ædiles curules,quia facere habebant curam ædium ne comburerentur?Sed hic non inuenitur argu.tamen ad hoc in d.l.ij.§.itẽ quia vt eſſent.& ff.de off. præfect.vrb.l.j.vel quòd habebant curam de edendis.ff.de ędi.edic.l.j.vnde non tantam habent autoritatem ſicut prętores,vnde bene inueniuntunr ędiles ciuitatis,ſed non inuenitur quòd prætores eſſent.ait quidam,deferebantur in curru,ſed ad literam qui ducebant currus erant quidam ruſtici, & dabatur eis à plebe autoritas ſuſtinendi,

†Sequitur in litera reſponſa prudentum,&c. 2
in fine illius legis dicitur,vt iudici recedere,id eſt, reſponſum eorum non licere.& ſic no.quòd iudex debet iudicare ſecundum conſtitutiones & non ſecundum motum ſui capitis,vt in authen.de iud. circa fin,& in authen,iuſiuran. quod prę.ab his cir. princ.vbi dicitur quòd iudex non debet iudicare ſecundum motum ſui capitis.

1 *Conſuetudo quid ſit,& an vſus & mores idem ſint quod conſuetudo.*

2 *Conſuetudinem an inducat vſus.*

3 *Conſuetudo & ſtatutum,differunt tanquam expreſſum & tacitum.*

4 *Statutum an vnico actu inducatur.*

5 *Conſuetudo qualiter inducatur,& quæ ſint requiſita ad*

ta ad introducendam consuetudinem.

8 *Ad cosuetudinem inducendam, an sufficiat usus erroneus.*

10 *Rescriptum non valet, si princeps fuerit deceptus in narratione facti.*

11 *Consuetudinem inducere, an possit usus coactus.*

12 *Consuetudinem an inducat actus iudicandi, quem secuta est executio.*

13 *Et quid si sententia est ipso iure nulla.*

14 *Consuetudinem quando inducat actus inducandi, quem non est secuta executio.*

15 *Iurisdictio non datur per electionem ante confirmationem.*

16 *Consuetudo quanto tempore inducatur.*

18 *Consuetudo qualiter interrumpatur.*

20 *Consuetudo qualiter in iudicium deducatur. Et allegans consuetudinem, quam actionem intentabit.*

21 *Libellus, donasti mihi talem rem, vel promisisti dare quam peto, valet.*

22 *In libello an debeat inseri consuetudo.*

Consuetudo qualiter debeat probari.

23 *Consuetudo potest dare iurisdictionem cōtentiosam.*

24 *Consuetudo ligat infantes & furiosos.*

25 *Consuetudo laicorum non ligat clericos, & quare.*

26 *Consuetudo an liget extraneos.*

27 *Consuetudo una est in foro actoris, alia est in foro rei, alia in foro iudicis quæ seruabitur.*

Ex non scripto. Ius, &c. Circa materiam istam videndum est Primò quid sit consuetudo, & quæ sunt eius species. Secundò de modo inducendi consuetudinē. Tertiò de virtute consuetudinis.

Quartò de formando libello ſuper ea. Quintò de modo præſcribendi conſuetudinem. † De primo 1
ſcilicet quid ſit cõſuetudo, dicunt quidam vſus & mores idem ſunt quod conſuetudo. Et ſunt verba ſynonima. Et probat hoc per l. quæ hic dicit cõſuetudinis vſus, quia longe quæ &c. eo ꝙ ſunt copulata, vt C. quæ ſit longa cõſuetudo. l. ij. per §. iſtũ: quia cõſuetudo nihil aliud eſt quã mores, ſed certè l. illa potius dicit cõtrarium, cũ copulatio habet fieri inter diuerſa & nõ circa idem: vnde dicas quòd nõ ſunt idem, cum cõſuetudo ſit ius vt hic eſt vſus, ſit factũ, ergo conſuetudo & vſus non ſunt idẽ. † Item 2
cum hic dicat quòd vſus inducat conſuetudinẽ, & ſic vſus eſt cauſa conſuetudinis: cauſa autem eſt ad cuius eſſe ſequitur: aliud ergo eſt conſuetudo ab vſu & ecõtra: vel potes dicere quòd vno modo cõſuetudo neque nocet, neque ex ea reſultat ius: quia non eſt niſi quædã aſſuefactio: vt C. de epi. audi. l. nemo ĩ fi. alio modo dicitur cõſuetudo ipſum factum ex quo reſultat ius. alio modo accipitur cõſuetudo quòd ſit ius. & ita accipitur hic ſic & poſ. Et eſt nomen facti & nomen iuris, de hoc habes. C. per quas perſo. no. ac. l. fi. §. pe. ad fi. vbi dicitur, ignorat & neſcit dicunt doctores, aliud eſt ignorare & aliud neſcire. † Tertio modo ſumitur conſuetudo 3
vt eſt ius per mores vel vſum introductũ, & ſic ſumitur hic, & ff. eo. l. de quibus. de vno ſciendum eſt quòd aliud eſt ſtatutum municipale aliud conſuetudo: differunt autẽ ſtatutũ & conſuetudo tanquã expreſſum & tacitum, vt ff. de leg. l. de quibus. vbi dicit de ſuffragio & in cod. tit. l. ſed ea. vnde reprehenſus

hensus fuit quidã aduocatus, quia cũ esset statutũ quoddã in aliquo municipio formauit libellũ super cõsuetudinẽ: hoc modo petit talis à tali hoc fieri: & ad hoc proponit cõditionẽ ex consuetudine: deinde probauit pars ꝙ tale erat statutum municipij: oppositũ fuit quòd debebat cadere ab instituta actione cũ non esset idẽ statutũ municipale. & consuetudo lata fuit sententia diffinitiua cõtra aduocatum iure quod est merito, cũ ineptè proposuerat actionẽ formando libellũ super cõsuetudine cum debent formare super statuto: & sic inepte vt ff. si mẽs. fal. mo. di. l. j. vnde pone exemplũ de vsu inducente cõsuetudinẽ. & sic ego & tu diuidimus hæreditatẽ nostrã sub certo modo: alij duo eodẽ modo: sic & de aliis quousque tacitus cõsensus populi habeatur vel maioris partis: certe talis vsus inducit cõsuetudinẽ secuto postea tempore qđ exigitur ad cõsuetudinẽ inducẽdã, vnde dicit ꝙ est lex & est statutũ municipale, & tertiò vsus qui inducit cõsuetudinẽ. Sed pone ꝙ cõsuetudo sit inducta secundũ statutũ municipale nunquid valet? certe videtur ꝙ sic: quia cõsuetudo valet secundũ l. inductam C. de vete. iur. enu. in §. sed si qua l. Itẽ imperator potest facere l. & aliam l. super eadẽ: vt C. de epis. & cler. l. si quis in cõscribẽbo. & multa iura sunt posita quo ad sentẽtiã in c. quædã quo ad verba. & sic videtur ꝙ populus posset facere statutũ, & super eodẽ inducere cõsuetudinẽ, ad idẽ est ꝙ duplex ꝓmissio põt fieri contra idem, vt ff. de verb. oblig. l. qui bis, imò ff. de fideiusso. hæres à debitore §. j. sed contra hoc est, quia qui semel est dominus, amplius esse do-

minus non poteſt, vt ff. de vſuc. ſequitur §. lana, ſic ex quo aliquid eſt ſolidatũ per ſtatutũ, amplius ſolidari nõ poteſt per cõſuetudinẽ ſequentẽ, & licet ita eſſet ꝙ cõſuetudo inducta eſſet tacitè, prius ſtatutũ tamẽ cõtra aduocatũ eſt, qui formauit libellũ ſuper conſuetudine: tamẽ debet formari ſuper ſtatuto, quia licet cõſuetudo eodẽ modo ſequatur ſtatutũ, ad idẽ nihilominus debuit agere cõditione ex ſtatuto ar. ff. de cõdi. ex l. j. rubri. iſta, quia per cõſuetudinẽ ſequẽtẽ ſtatutũ, nulla noua obligatio eſt inducta ſed antiqua. ſ. q̃ iam erat inducta per ſtatutũ, vnde nõ eſt agendũ cõditione ex cõſuetudine quæ nihil noui inducit ar. præal. l. ſecundũ vnũ intellectum & modũ legẽdi: & hæc vera ſunt de cõſuetudine alterius populi, quia illa & ſi ſequatur ſtatutũ alteri⁹ circa idẽ, tamẽ bene inducit ſibi ius de nouo ſed pro aduocato facit l. quæ dicit ꝙ nõ refert quo iure ſit dũmodo iure fiat. ff. de lib. & poſth. l. gallus, hoc qđ eſt in §. vel l. habet locũ quãdo eſt ĩcertũ, ſecundũ quãdo ſumus certi de ſtatuto non debemus applicare nos cõtra aliud. ff. de ver. obl. l. cõtinu⁹. §. diplomate ad l. aq. itẽ mela. §. ſi plures. ff. ad vell. Itẽ dicũt quidã cõſuetudo non inducitur vnico actu. † Sed ſtatutũ vnico actu inducitur, & ſic dictum ꝙ 4
ſucceſsiuũ & nõ ſucceſsiuũ ſunt differẽtię eorũ, ſed dico ꝙ nec illud quod inducitur à populo vel maiore parte populi vnico actu ſine tranſctatu nõ eſt ſtatutũ hoc, intelligo expreſſe cõſenſus populi, vnde expone ꝙ impoſsibile quid accidat ꝙ totus populus de ciuitate iſta vel maior pars ſuper aliquo facto vtatur actu vnico, quia certo mõ vno die, vna

hora

hora diuidũt hæreditates ſuas,certè hic non eſt ſtatutum,ex quo conſilio non vocato &conſenſu cõi habito hoc factũ nõ eſt,nec eſt cõſuetudo niſi diuturnitas ſequeret̃, vt qa inferius apparebit ex vnico actu,ſed ex illo habetur cõſenſus totius populi vel maioris partis ſequẽte diuturnitate,quæ ſufficit ad cõſuetudinẽ inducendã reſultat bene cõſue
5 tudo.†Quæritur de mõ inducendi conſuetudinẽ, ſecũdò quot,tertiò quãto tpe circa primũ,ſcilicet quis actus inducat conſuetudinẽ plura quærũtur. primò vtrũ non vſu poſsit induci,ſecũdò quęritur vtrũ vſus poſt ſententiã habitus exigatur ad cõſuetudinẽ inducẽdã.tertiò vtrũ vſus erroneus poſsit inducere conſuetudinẽ,quartò vtrũ vſus per occaſionẽ inductus poſsit inducere cõſuetudinẽ,quintò vtrũ vſus per actũ iudicandi ſecuta inde executione poſsit inducere conſuetudinẽ.vj.vtrũ nõ ſecuta executione poſsit iudicare:hic eſt quærere iudicatũ eſt in ciuitate ſæpe,& frequẽter nõ eſt facta executio:vtrũ talis actus iudicãdi ſimpliciter ſine cõi cauſatiua executionis poſsit inducere cõſuetudinẽ?pone exemplũ,aliquis allegat.l.dicitur ei non valet illa l.cõſuetudo eſt illã l.locũ nõ habere:arguit̃ ꝙ ſolus vſus cõſuetudinẽ inducat d. l.ꝙ l.per deſuetudinẽ abrogatur.ff.de leg.& ſena.cõſul.l.de quibus:ergo ſolus vſus non poteſt inducere conſuetudinẽ per quã ſibi l.cõtraria ĩtelligatur.ad idẽ l.habet ſeruitutem,ſcilicet obedientiã in quolibet ſubiecto romano imperio,vnde princeps etiã vult ſe legi ſubiicere,cui dicitur oẽs hoĩes obedire.ff. de leg.& ſena.cõſul.l.ij.& C.de leg.& cõſti.l. digna

vox est, & subiectio seruit⁹ est, vt patet in diffinitio ne seruitutis. j. de iure perso. §. seruitus nō vtendo amittitur: vt C. de serui. & aqua l. j. ergo q̄ l. pareatur colligitur per cōsuetudinē: & sic per solum nō vsum inducitur cōsuetudo quę l. tollit. cōtra, casus talis est inforciato q̄ nūquā eueniet. forte dices ne propter hoc tolli l. quæ ponit casum illū hoc esset incōueniens. † Item dicit lex q̄ iter ad sepulchrum nō pōt amitti nō vtendo, quia nō est talis actus qui frequenter cōtingat. ff. quēadmo. serui. amit. lex itē necvia publica. si lex est via publica, vt in executio ne græci. ff. de le. & sena. cōsul. lex est. Dicūt quidā, quòd nō vsus, nō potest inducere cōsuetudinē: sed tu distinguas, quia nō vsus pōt esse vsus, quia nō facere, est facere aliq̄n, vt ff. ex quib. cau. ma. l. ait prætor. §. fi. vnde aut est nō vsus, ex quo īducitur cōsensus, pone legem esse quæ dicit, quòd maior natu habeat maiorē domū, nō mouetur aliqua controuersia: ei nōne sic per nō vsum per primā pōtest induci consuetudo quæ tollat legem, quę dicit expresse q̄ maior natu habeat maiorē domū? Dicendū autē est nō vsus, ex quo cōsensus pōt haberi, q̄ cōsensus inducit cōsuetudinē quæ est. s. q̄ non vsus inducat consuetudinē post cōpletā præscriptionē. exigitur inducit cōsensum hoc casu, solus nō vsus cōsuetudinē inducit: si verò nō vsus sit talis, ex quo consensus nō habeat̄, quia tāto tpē nō durauit patiētia vel nō vsus, talis nō vsus, cōsuetudinē nō inducit: quia nec cōsensus q̄ cōsēsus desiderat̄ ī cōsuetudine īducenda, vt dicit iste §. qđ patientia. In tāto tpe quādocunque exigitur ad pręscriptionē inducat consensum, vt dicit lex. ff. de ver. sig. l. alienationis verbo. 4

7 C.de appellat.l.hi qui ad ciuilia.†Sed nunquid eo quòd modo habemus consensum,ex tanto tẽpore quòd sufficit ad consuetudinẽ inducendã nõ aliâs, tu supponeres consensum,erit ne tũc cõsuetudo, vel erit in præscribendo cũ operatur adc onsuetudinem inducendã?ar.l.ff.de cond.inde.in l.sufficit de peculio,quod tempore contraria fingere retro
4 consensus ad similitudinem l.acquil.ff.de peric.&c cõ.rei.ven.l.necesse.§.ij. quæ deserui.l. receptã,ad l.aquil.l.inde Neratius.extra quæritur de secũdo, vtrũ exigatur vsus post sentẽtiã?dicũt quidã ꝙ sic, vnde dicit l.præses.in spectis his frequenter in eodem genere conuersorũ sunt seruanda statuta: & loquitur de eo quod debet fieri,vel statim secundum consuetudinem: sed controuersia non est post sententiam in iudicio,quia sententia est, quæ sentẽtiæ controuersiæ imponit,vt ff.de re iudi.l.j. ergo cõsuetudo est post rẽ iudicatã vel actũ iudicãdi,ꝙ in consuetudine spectẽtur ea,quæ in eodẽ genere cõtrouersiarũ sunt seruata.habetur C.quæ sit longa consuetudo.l.j.C.de ædif.pri.l.an in totum. Dicendum ꝙ vsus quẽ sentẽtia vel actus iudicãdi, vel sentẽtia nunquã præcesserit inducit consuetudinem,vnde nõ oportet ꝙ vsus qui consuetudinẽ habeat ante se aliquã sentẽtiam vel nõ:vnde si lex dicit sic:spectanda est cõsuetudo vel res perpetuæ iudicatæ,vt dicatur inducta,vt ff.de leg.& sena.cõ. l.nam imperator.Et infra verum est,ꝙ ista sunt diuersa.ex quo disiunctio cadit inter eos,quare de tertio dato non exigitur vsus post sententiã ad cõsuetudinem spectandi sunt,quæ eodẽ genere con-

trou

trouerſiarũ ſeruata ſunt.C.quæ ſit longa conſuetu do.l.j.de ædi.pri.l.an in totum.Sed licet cõtrouerſia non poſsit eſſe niſi in iudicio,tamen poteſt eſſe contradictio extra iudiciũ.ff. de peti.hæredi.l.diuus.quare vſus poſt contradictioné exigitur ad cõ ſuetudinem inducendã. Ité arguitur ſic ducendo inconueniens per exempla:quia ſi vſus ſine contra dictione induceret cõſuetudiné,cùm homines fuerunt miſsi rectè ad ſanctum Iacobũ,ex vſu perpetuo ſequeretur ꝙ conſuetudo per talé vſum inducta eſſet:& ſic cõpellerentur ire ad ſanctũ Iacobũ, de quo vſus quã non præceſsit nec ſentẽtia,nec cõ tradictio inducit conſuetudiné:& ſic ꝓbatur cauſa conſuetudinis inducendæ,eſt conſenſus:ſic cauſa conſuetudinis inducẽdæ habetur.C.quæ ſit longa cõſue.l.j.& l.ratio eſt attendenda.ff.de iure patro.l.adigere.§.quãuis.vnde & infrà diſtinguendũ eſt:aut eſt vſus ex quo habetur cõſenſus ſine contradictione,aut eſt vſus ex quo nõ perpenditur cõ ſenſus ſine contradictione. Primo caſu,ex vſu ſine contradictione inducitur cõſuetudo.Secũdo caſu, nõ verbi gratia,maior pars populi huius ciuitatis habent domũ depreſſam,quãdo non habent forte vnde poſsint eleuare:dicitur ei:quid vis tu facere? non poteſt hoc facere. conſuetudo contraria facere, certè non eſt conſuetudo:quia non perpẽditur conſenſus meus:quia ſi habeo domum depreſſam, nõ ſequeretur ꝙ habeam animum nõ eleuandi in futurũ, quia cauſa forte eſt ꝙ nõ habeo pecu. Sed ſi velit eleuare vnus de populo,& populus cõtradicit,& malè dicit:deinde alius eleuare voluit,&

fuit

fuit prohibitus:& ſic de aliis donec maior pars populi perhibita fuerit ex tali vſu,vnde inducitur conſenſus, & inducitur conſuetudo, quod probatur ſic. Pone, habeo domum depreſſam iuxta te, & tenui tanto tempore quòd ſufficit ad ſeruitutem inducendam, volo eleuare:tu prohibes, eſt ne præſcriptum ſeruituti altius non tollendi? ſic ergo ita eſt in vno de populo quo ad vnum,ſic in toto populo quo ad totum populum: quòd ita ſit in vno quo ad vnum habetur.C.de ſeru.& aqua l. j.& ij.ita dico deberi induci legẽ,ſi bene ſit intellecta.& ibi no.vnde dicẽdũ quòd ſicut talis vſus nulli poteſt perpendi conſenſus ſine contradictione, tali ſolo conſenſu inducitur cõſuetudo:verbi gratia,ſi maior pars populi huius ciuitatis donauerit ſacerdoti aliquid in tali feſto per tantum tempus, quod ſufficit ad conſuetudinẽ inducendã aliâs pręſcribendã:hic enim præſumitur de animo vel conſenſu in tali vſu,quia non darent niſi haberent animũ dãdi decimas,igitur eſt decima eorũ.Et ſi dicas ſi velint inducere conſuetudinem gentes populi, ita vt poſsint ire ad ſanctũ Iacobum,ſi moior pars populi vadat,& tanto tẽpore quo inducitur conſuetudo,bene inducitur conſuetudo ex tali vſu,ꝙ poſsit populus ire ad ſanctum Iacobum,ſed nõ vt compellatur:vnde ad inducendam conſuetudinẽ bene requiritur vſus eius rei,de qua quam vnde ſi vellet populus vt induceretͬ conſuetudo,vt cõpellerentur,&exigeretur vſus cõpellẽdi in tanto tempore quod exigitur ad cõſuetudinem inducendã.

8 † Quæritur de quarto,vtrum vſus erroneus ſufficiat

minus quòd iſti iuuenes qui decipiũtur,vt intrent religionem,non ſunt religioſi, quia religio nihil aliud eſt,quã quaſi meritum:& meritum nõ eſt ſine conſenſu.Et iſti iuuenes qui errant & decipiuntur,vt intrent religionem,ideo non conſentiunt, quia nihil eſt tam contrarium conſenſui ei,quã error,vt dictum eſt:quia iſti non ſunt religioſi:ſi certè bene conſentiunt ad hoc,facit ff.ad leg.fal.l.j.§. ſi legatarius.vnde me non mouet iſta ratio:requiritur conſenſus ad conſuetudinem:ergo vſus populi erronei erroneus eam non inducit, niſi ſicut inducatur populus,qui ſic vtendo credat legẽ eſſe vel non:vult tollere,ſcilicet legẽ,quia nemo videtur derogare iuri,qđ ignorat ſibi competere.ff.de inoff.teſt.iura decepta.ſi non vult tolli,lex igitur non tollitur:& ſic ſcribit:ergo non ſtabit conſuetudo,quia cõſuetudo & lex ſibi contraria nõ com
10 patiuntur. † Item ſimile eſt de conſuetudine inducenda,& de reſcripto à principe impetrãdo:ſed ſi princeps fuerit receptus in narrationẽ facti nõ valet reſcriptũ,vt C.ſi.cõtra ius vel vti.publ.l.j.& ij. C.de precib.imper.offer.lex ſcripta quã conſuetudo per errorem inducit,non erit conſuetudo per vſum populi erroneum,vel minoris partis valeat, aut tu quæris de conſuetudine inducenda contra legem,quomodo inducitur per errorẽ,quia populus non cõſentit in lege tollẽda? ergo nõ tollitur: & ſic conſuetudo & lex ſibi contraria nõ compatiuntur.ſecũdo ſi autẽ quæras de conſuetudine inducenda præter legẽ:quia aliquis caſus eſt lex non determinatus,& populus erat in cauſa introducẽ-

di

di consuetudinē, tunc aut causa introducendi fuit causa impulsiua: tantùm error contra eam non impedit, quin sit cōsuetudo aut finalis, & tunc error eam non impedit, si finalis tunc error circa eam bene impedit consuetudinem introducendā: ita distinguit lex in testatore: si testator erat in causa legati, si in causa finali non valet legatum, si in causa impulsiua valet legatum. ff. de cond. & demon. l. cū tale. §. falsam. & si in testatore sic distinguitur, cuius voluntas. l. & in populo cuius voluntas est, ita debet distingui in consuetudine. † Quæritur de 11
quinto: vtrum vsus coactus posſit inducere cōsuetudinem? pone, maior pars populi ferè exceptis solum duobus vsi sunt sponte, duo de populo coacti sunt vti, nónne computabitur vsus illorū qui sunt coacti, quia requiritur consensus maioris partis? arguimus quòd sic, quia coacta voluntas, volūtas est, vt ff. ꝙ metus causa. l. similiter. §. fin. quare coactus cōsensus est consensus. contrà, vsus per coactionem nō sufficit ad dandam iurisdictionem. ff. de iudi. l. ij. sed per vsum per quē introducitur consuetudo, potest iurisdictio tribui. C. de emā. libe. l. j. ergo, &c. solutio. sic distinguēdum est: aut est coactio per iudicem vbi priuatus est vsus per talem coactionem, nō sufficit ad consuetudinem inducēdam, si sit coactus per iudicem, quòd iudicauit & coegit vt ipsum inuitū, scilicet exequendo sententiam captis pignoribus, vel mulcta indicta: tūc aut ista coacta siue executio tenet ipso iure, & ista nō sufficit. verbi gratia: iudex exequitur sententiam à qua poterat appellari, & non appellatur, hic coactio

actio habetur pro consensu, ex quo nõ appellatur, & potest appellare. C. de app. qui ad verba, munera: aut iudex exequitur sententiã suã à qua appellatũ est, & nõ sufficit ad consuetudinẽ inducendã, & sic vsus rei inducendæ, ex quo vsu coniecturare possumus consensum, sufficit ad consuetudinem indu
12 cendã. † Quæro de sexto, vtrũ actus iudicãdi quẽ secuta est executio, inducat cõsuetudinẽ? videtur ꝙ nõ, quia licet ita iudex iudicauerit inter se & alium, & executa fuerit sententia, deinde inter te & aliũ secuta fuerit sententia, & sic vlterius vsque ad inferiorem partẽ populi, nõ tamẽ inducitur cõsuetudo, licet tẽpus quod sufficiat ad cõsuetudinẽ inducẽdã sit secutũ: quia res inter alios acta, alijs nõ præiudicat. C. res inter alios acta, per totũ. & consuetudo omnibus præiudicat. Itẽ actus qui reddit ius in inuitũ, nõ inducit cõsuetudinẽ, q͞a cõsensus exigitur, vt hic: sed actus iudicãdi est huius, vt ff. de
13 verb. oblig. l. inter stipulantẽ: ergo, &c. † Item si sententia datur cõtra legẽ nulla est ipso iure: sed quia nulla est, nõ tollit vel rũpit. Sed isti actus, istę sententię, ex quo sunt latæ cõtra legẽ nullæ sunt ipso iure, vt ff. quę sententiæ sine ap. rescindun. l. j. C. quãdo ap. nõ est necesse. l. ij. Quęritur, vtrũ sentẽtia videtur quę legẽ tollit, cõsuetudinẽ nõ inducet? dicẽdũ ꝙ sentẽtia quę nulla est ipso iure, vel actus iudicandi nõ inducit consuetudinem, aliàs bene inducit. Sed dices, actus iudicandi facit ad consuetudinem inducendam, quia vsus populi potest fieri consuetudo, & licet nulla sententia pręcesserit, dicendum, quòd vsus coactus nõ inducit cõsuetudi-

nem ſine ſententia, ſi ſpontaneus ſit. ad primũ arg. in oppoſitum dicendũ, quòd res acta inter alios, qui ſunt maior pars populi, bene præiudicat aliis, ad aliud dicendũ, quòd actus iudicandi bene redditur in inuitum: ſed tantum videtur conſentire ex quo non appellat. C. de appel. l. ij. qui ad ciui: ſed di cas, appellauit primò, appellauit ſecundò & tertiò, appellaret ſi poſſet ratio: video ꝙ de iure non poſſum tertiò prouocare, vt C. ne in vna eadéque cauſa lice. prouo. in rubro & in nigro. ſed appellás quo ad eum non conſtat, quòd nõ videtur conſentire, ſit dicendum, quòd imò, quia qui contradicit, & non habet cauſam contradicendi, videtur conſentire, vt ff. ſolu. ma. l. dotem, ad tertium ſcilicet, quòd ſit ſententia vt ſit lata contra l. expreſſe & ſequatur: executio in inuitum non inducet conſuetudinem, ſed ſi non in inuitum, quod præſumitur: eo quòd non appellat, vt dictum eſt ſ. bene inducit conſuetudinem, quia & ſolus conſenſus, dico ſolus, ſcilicet ſine ſententia bene induceret. Audiui tamen quendam qui ita reſpondebat, quòd licet ſententia in ſe ſit nulla, ſed omnes tamen ſimul valent: & ſic inducunt conſuetudinem. hic oſtẽdebat ſic: plures ſunt domini vnius fundi: vnus cõcedit ſeruitutẽ, non valet. ſecundus concedit, nõ valet. tertius concedit, non valet. venit vltimus, cõcedit. Et ſic totum confirmat & valet conceſſio ſeruitutis. ff. commu. præd. l. receptum. quia ita erit hic dicendum, quòd deceptio eſt: vnde ſi velis dicere quòd vltima ſententia faciat valere primas, quæ nullæ ſunt ipſo iure. Et hoc falſum eſt, ſicut

vltima conceſsio ſeruitutis facit valere,ſeu confirmat primas,hoc falſum eſt: quia conſuetudo ſicut lex non ponit formam niſi in futuris negotiis: vnde actus priores qui præcedunt inductionem conſuetudinis, non confirmantur conſuetudine, quæ nondum erat introducta,vt C.de leg.l.leges. bene dicas ad argumen.quòd ſententiæ nullę ſunt in ſe: actus iudicandi nulli ſunt, tamen valent reſpectu tertij,ſcilicet reſpectu cõſuetudinis inducendę:ſic aliâs qui non prodeſt tamen alij.ff.de inoffi. teſta.l.
14 poſthumus.§.ſi quis ex his. †Quæritur de ſeptimo.ſ.nunquid actus iudicandi quem non eſt ſecuta executio,inducat conſuetudinem?videtur quòd nõ,quia cui non licet.Et ita nõ debet per conſuetudinem tolli ius totius populi:tũc arguitur: aliquis iuſſus eſt mitti in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ, nunquid per iſtum iuſſum ſiue per iſtam ſententiam ante executionem re ipſa, & vſus fuerit, priuatur aduerſarius poſſeſ?dicit lex quòd non.ff. de pigno. acti.l.non eſt mirum, in fine. Si ergo ſententiam ſine executione non poteſt tollere ius vnius priuati,multò fortius non inducet conſuetudinem, per quam tollatur ius totius populi. Item communiter dicunt doct.quòd diu cõſuetudo præſcribitur, vt ſimus in eodem errore: cum eis tunc arguitur: præſcriptio non eſt ſine poſſeſ.ff.de vſuc. ſine poſſeſsione.ergo non ſufficit inducere ſiue loqui ad præſentis conſuetudinis inducendæ, ſed oportet exequi propter quam executionem habetur poſſeſſio.Item poſsidenti non currit præſcriptio. C. de præſcrip.xxx.annorum.l.malè agitur:ergo quãdiu

posſideant illi contra quos inducitur cõſuetudo,
non prçſcribitur contra eos:& ita nõ ſufficit iudi-
care ſed exequi,vt ſic acquiratur poſſeſ.& prçſcri-
ptio cõſuetudinis inducatur.†Item per electionẽ 15
ante cõfirmationem non datur iuriſd.ſi igitur per
cõſuetudinem habetur iuriſdictio ꝙ verũ eſt.C.de
eman.liber.l.j.hoc nõ erit antequã cõfirmetur,ſed
vſus vel conſuetudo eſt confirmatio ſententiæ, vt
in auth.de defen.ciui.§.interim.ergo actus iudicañ
di ſine executione conſuetudinem non inducit.
Item ſimile eſt de conſuetudine inducẽda,& de re-
ſcripto impetrando, quia vtrũ eſt contra ius,ſed ſi
quis impetrauit reſcriptum,ꝙ non tenetur ſolue-
re tributum de tali prçdio,non valet illud ſcriptũ
niſi diu fuerit in poſſeſ.ergo ita erit in conſuetudi
ne,ꝙ actus iudicandi ſine executione,per quam ac-
quirit̃,poſſeſsio nõ inducet cõſuetudinẽ:cõtrà per
conſenſum totius populi vel maioris partis vtẽdo
inducitur conſuetudo,ſed per actum iudicandi à
quo,non appellatur:inducitur cõſenſus ad hoc, ꝙ
fiat executio:ergo per actũ iudicandi ſine execu-
tione inducitur cõſuetudo,dicendũ ꝙ eſt actus iu-
dicandi,poſtquã non ſeparatur executio,vt quãdo
datur pro reo ſententia abſolutoria, permittitur
reus in pace,aut eſt actus iudicandi, niſi ſequatur
executio,inducit cõſuetudinem.Si autem ſit talis
actus iudicandi poſtquã nõ ſeparatus de executio-
ne,vt in abſolutoria,quæ talis poſsidet,poſsidenti
non currit præſcriptio,nõ inducitur conſuetudo
ad arg.quod probat,ꝙ per actũ iudicandi ſine exe-
cutione inducitur cõſuetudo:qa cõſenſus ſufficit
ad con

ad consuetudinē inducēdā: sed si cōsensus firmat executionē nō est locus executioni, vt in sententia condēnatoria, & secuta sit temporis diuturnitate, quæ sufficit ad inducēdā cōsuetudinē. Primo casu bene inducitur cōsuetudo sine executione inducta s. proxi. Secundo casu nō inducitur cōsuetudo, nisi sequatur executio, quia quādo reus possidet in possidente nō currit præscriptio: & ideo nō inducitur cōsuetudo, quia cōsensus reqritur ad cōsuetudinem inducendā, sed cōsensus firmatur executione, vbi est locus executioni, vt est in sentētia cōdēnatoria, si secuta sit diuturnitas tēporis, quæ re-
16 quiritur ad cōsuetudinē inducēdā. †Octauò quęrit, quāto tēpore inducat̃ cōsuetudo, vel pręscribatur secūdū eos, q dicūt cōsuetudinē pręscribi: modo venio ad quæstionē quæ est in gl. tua. Et hoc est quęrere, quantū tēpus oporteat currere post vsum totius populi, vel maioris partis ad hoc vt inducatur cōsuetudo. dicit Azo, ꝙ decē anni inter pręsentes, viginti anni inter absentes. Iac. dixit cōtrariū, cū sit ius informe: ideo vno tēpore pręscribit̃ tā inter pręsentes quā quòd inter absentes. s. xx. an. C. de pręscrip. lon. tēp. l. pe. & fi. & est arg. quòd est ius informe. C. de præscrip. lon. tēp. quę circa libe. cōpe. l. j. & ij. & alij dicūt, ꝙ oportet ꝙ tantū tēpus à quo nō sit memoria currat, ꝙ seruitus habēs causam discōtinuā tāto tēpore à quo nō extat memoria, p̃scribit̃ nō minori ff. de seru. l. seruitutes: qa cū cōsuetudo sit ius, qa p vsum totius populi vel maioris partis inducit̃, q vsus est discōtinuus: ergo tāto tēpore
17 à quo nō extat memoria, p̃scribit̃ nō minori. †Ca-

noniſtæ dicunt, quòd quadragenaria præſcriptio; quia omne ius tãto tẽpore tollitur. C. de præſcrip. xxx. ann. l. omnes. & l. ſicut. Sed hoc videtur verũ, ſi quæratur de præſcriptione contra libertatẽ eccleſiaſticã. nã dico ad rerũ eccleſiaſticarũ præſcriptionem, quadragenaria præſcriptio exigitur, vt C. de ſac. ſan. eccle. l. vt inter diuinum. & auth. quas actiones, ibi ſignata, ibi. ſi enim quæritur de præſcriptione rei non eccleſiaſticæ non exigeretur quadragenaria præſcriptio ad aliud per quod probatur, ꝙ tempus tantũ à quo non extat memoria, exigitur dicendũ quod in præſcriptione, qua vnus præſcribit, exigitur tantũ tẽpus. Sed in præſcriptione qua totus populus vel maior pars populi pręſcribit, minus tempus exigitur, vnde dicendũ eſt, ꝙ decẽ anni ſufficiunt: quia dicitur diuturna, & diu exponitur x. an. ff. qui & à qui. ma. lib. no. fi. l. fideicõmiſſa. §. Ariſto. ꝙ Iac. dixit. xx. ann. ꝙ cõſenſus maioris partis populi huius ciuitatis inducit cõſuetudinem, ſed maior pars populi huius ciuitatis præſens eſt ſemper, niſi diceres, ꝙ eſſent in exercitu: ſed hoc nõ eſt conſiderandũ, quia rarò accidit. Item poſſet ſic argui: cõſenſus maioris partis inducit cõſuetudinẽ. Sed pone vno acto ſententiãdi, maior pars populi fuit præſens, niſi appellauerit infra decẽnium, ſed poſt decenniũ habetur cõſenſus maioris partis populi, ex quo nõ poſſunt appellare, & ſic poſt decẽnium cõſuetudo inducitur: ergo &c. & quòd poſt decenniũ habeatur tacitus conſenſus apparet: quia ſi partes poſt ſententias tantũ tacuerunt, videntur conſentire, nec poſſunt appellare legem. C. de ap.

authen.

authen.ſed hodie, ſed dicendũ ꝙ ſi poſt decẽnium habeatur tacitus conſenſus maioris partis totius populi,nõ tamen eſt cauſa ſufficiẽs ſine diuturnitate:& eſt ratio,quia conſenſus perſeuerantia fortior eſt,& perſeueramus perſeuerantiam ſi decennio duret:& ꝙ poſt conſenſum debeat labi curſus temporis,habetur C.ad Sillen.ſimiliter dicunt quidam, quod impoſsibile erit ꝙ decẽnio inducatur conſuetudo:bene dabimus tale exemplum: ponamus quòd nunc populus vel maior pars incipit vti pro iure,ꝙ nulla inducatur conſuetudo:ſi dicas ꝙ non eſt inducta,eris contrarius tibi ipſi:quia dixiſti quòd conſuetudo decennio inducitur: ſi dicas quòd ſit inducta conſuetudo,quam dicis eſſe inductam,dicendũ ꝙ nulla valet,niſi quadragenaria,ſed hic nõ eſt quadragenaria:ergó nõ valet. Et ſi dicas eã induci,deſtruet ſeipſam dicendo ꝙ conſuetudo erit præſcripta, & valebit cõſuetudo iſta.ſ.ꝙ nulla conſuetudo futura valeat, niſi quadragenaria:ſed præterita bene valebit,nõ iſta:vnde lex dat formã futuris negotiis nõ præteritis.C.de leg.& cõſti.l.leges.ergo & conſuetudo quæ pro lege ſeruatur,dabit futuris negotiis formã,vt in noſtro §.vnde dicendum quòd nulla cõſuetudo futura valebit, niſi quadragenaria:ita debes concludere: ſed pone dicunt ipſi,quod maior pars populi vſa eſt,quòd nulla conſuetudo introducta nec introducenda valeat,niſi quadragenaria:lapſum eſt decennium: dices nec conſuetudinem inductam eſſe, quia non potes ſoluere ſicut prius:certè iſtud eſt quaſi inſolubile : vnde ſimilis argumentatio eſt om-

ne illud, in quo populus consentit, quòd nulla sit, lex est ne aliqua lex dicēdū quod sit illa, quæ subla ta sit: aliæ abolitæ vel absolutæ sunt ff. de origine iuris l. ij. sic dicam hic, ꝙ ista consuetudo erit consuetudo, nulla alia, nec præterita nec futura, quia per istam omnes aliæ tolluntur: vnde dicam nulla erit consuetudo introducta vel introducenda, nisi quadragenario ista quæ in generali sermone cōstitutionis post constituentis videtur esse excepta. C. de sol. l. inquisitio veritatis. ff. de leg. & sena. cōsul.
l. j. † Quæritur de interruptione consuetudinis, 18
vnde pone quòd populus est vsus sæpe & frequenter, secundum quod consuetudo dictat, quòd consensus totius populi habeatur, vel maioris partis si sequatur temporis diuturnitas, scilicet dicendi, non est cōsuetudo. † Sed pone ergo dum est inter. 19
antequam habeatur tacitus consensus populi vel maioris partis, vnde pone quòd duo de populo sit ius, sicut similiter alij duo, & alij duo, ita fortè ꝙ non remanerēt, nisi sex, ꝙ si sic vteretur hæreticus, consensus totius potius populi vel maioris partis, duo vsi sint in contrarium, postea vsi sunt alij vi, sicut & primi, dicam ne præscriptam esse consuetudinem si sequatur tēporis diuturnitas, scilicet decennij, non obstante contrario vsu duorum interueniente antequā haberetur per vsum cōsensus tacitus maioris partis populi? dicūt quidā quòd nō, quia interrupta est, vnde reuertitur ad sua vitia. Et quicquid est actum toto tempore antecedente, nihil valeat sicut in vera præscriptione. Et de nouo oportet quòd incipiant vti, & tot quot oportet, quod

quod per vſum eorum habeatur conſenſus totius vel maioris partis populi, & hoc dicũt per legem, quòd ſi tu præſcribis rem meam,& fuerit interrupta tua poſſeſsio quantũcunque autem poſſediſti, tibi non prodeſt,ex quo nõ erat completa præſcriptio & redit ad ſua vitia: & oportet quòd denuo incipias poſsidere,& quod tanto tempore poſſideas,quòd ſufficiat ad præſcriptionem inducendam,vt ff.de vſucap.l.generaliter.Sed dicẽdum eſt ad iſtam quæſtionem,quòd ille falſum aliâs peccatum fecit,qui dixit præſcribi cõſuetudinem, vnde non inducitur per viã præſcriptionis:ſed per conſenſum populi collectũ particulariter hodie vtũtur duo de populo.Item cras alij duo,& ſic de aliis pluribus veniunt duo, & vtuntur vt primi & alij duo ſimiliter,ita quòd habetur & inducitur cõſenſus totius populi vel maioris partis, non obſtante vſu duorum:igitur cùm conſuetudo inducatur ex tacito conſenſu maioris partis populi,vt hic. & ff. de leg.& ſenatuſcon.l.de quibus.dico quòd cõſuetudo inducitur non obſtante contrario vſu duorum,vnde cõtrarius vſus duorum in medio, nihil plus impedit,niſi quòd non computabitur vſus eorum ad habendum conſenſum tacitũ maioris partis populi.Et ſic nec ad inducendam cõſuetudinẽ, vnde argu.procedit ac ſi cõſuetudo propriè præſcriberetur,ſed hoc falſum eſt:vnde in cõſuetudine nõ eſt propriè præſcriptio niſi abuſiuè: vt dictũ eſt,quis ergo eſt modus interrumpendi conſuetudinem?dicendum quòd ſi mortui ſunt vtentes licet non fuerunt,tamen eorum vſus ex quo mortui

ſunt,non computantur ad habendum tacitum con ſenſum totius populi maioris partis,vt ff.cõmunia præ.receptum.vnde cum mortui ſunt,licet fuerint vſi,eorum vſus non debuit computari. nam oportet quòd in illo puncto quo perficienda eſt conſuetudo, habeatur cõſenſus maioris partis populi vel totius,qui hodie,& quando perficienda eſt conſuetudo:ſed certè eorum qui mortui ſunt, non poteſt haberi cõſenſus modò:& ideo interrumpitur conſuetudo per mortem illorum, ſicut nec conceſsio facta ſeruitutis ab eo qui mortuus eſt, poſtea ante conceſsionem non valet,vt dicta l.receptum, ſed hæc interruptio eſt abuſiua. Item, pœnitentia ſi nos vtimur:ſed ſi poſtea pœnitemus tacitè vel expreſsè, computabitur vſus noſter ad habendum conſenſum tacitum maioris partis populi, cur interrumpitur conſuetudo abuſiua, ſed contra hoc arguitur & videtur quòd ex quo ſemel conſenſimus vtendo,licet poſtea diſſentiamus: & hoc non obſtante primo vſu quem fecimus,licet modo peruertamus computetur, & hic per legem de ſerui. ruſti.prædi.l.per fundum,in fin.Quod imò dicendum cõputatur,ex quo nos pœnitemus,& ad rationẽ dicendũ ꝙ ad cõſuetudinẽ inducendã, exigitur conſenſus totius populi vel maioris partis,vt cõſentiat totus populus vel maior vt populus, non vt quilibet, non vt ſinguli ſed vniuerſi:vnde ſi collegium facit epiſcopum,non vt quilibet,ſed vt collegiũ:pone,Quilibet de collegio cõſentit ſingulariter qñ cõgregati ſunt:nónne poteſt pœnitere qui conſentit vt non valeat electio? & certè ſic vt plures

res compromittunt se in arbitris,cùm compromittitur in eos,vt in plures omnes esse debent præsentes,& simul arbitrari:ad hoc quòd valeat arbitriũ, vt ff.de arbi.itẽ si vnus.§.fin.& l.j.sed licet in illa l. p fundũ,in cõtrariũ allegata valeat concessio:quia ille qui concessit seruitutẽ erat obligatus,& ideo non potuit pœnitere:sed in consuetudine inducẽda non est qs obligatus ante inductã cõsuetudinẽ, & bene dixi,ꝙ in d.lege valebit concessio singulorum:ideo licet postea pœniteãt non nocet,vt in fine illius:quia cõcessio ab initio tenuit,qđ est multum notabile.

20 †Item quia deducitur cõsuetudo iudiciũ, aliquis allegat consuetudinem quã actio intentabit:dicũt quidã quòd conditio ex lege quòd consuetudo legis mutatur, vt in hoc §.dicitur.& conditio ex lege habet locũ,quoties noua inducitur obligatio,nec est cautum quo genere actionis agatur,vt ff.de condi.ex l.vnica.dicendũ quòd est incõpletè dictũ,vnde cõsuetudo quãdoq; dat actionem,quãdoq; exceptionem,quandoq; nec actionẽ nec exceptionẽ dat si sit cõsuetudo inducta ꝓ reo, vt si sit cõsuetudo ꝙ reus nõ teneatur soluere debitum intra certũ tẽpus,certè ex ista consuetudine datur exceptio,& vocabitur exceptio in factũ,vel generali nomine voces eã.s.exceptionem doli, vt ff.de doli exceptio.l.ij.§.generaliter.Aliquãdo consuetudo inducat actionem,vt est videri vbicũque inducit obligationẽ:vt si sit cõsuetudo ꝙ ego & qlibet te inuito possumus accipere de lapidibus tuis, & currum onerare oblato tibi pretio,vt ff.cõmu. prædi.l.venditor.§.si constat.consuetudo hoc casu dat

dat actionem tantã:hoc intelligo ꝙ detur cõditio ex lege.l.vnica.aliquãdo neque actio neq;exceptio oritur ex consuetudine,vt quãdo consuetudo inducit dominiũ vel seruitutem:& tunc non datur conditio ex lege,sed cõmunes actiones quę pro dominio cõpetunt vel seruitute,vt de rei ven.vel negatur actionẽ,quia cũ dominiũ sit vnum,& ex vna causa,non ex diuersis similes & similes,vna oritur actio.s.rei vendicatio:vnde pone ꝙ consuetudo est in Anglia ꝙ maior natu habeat totã terrã,intentabit ne cõditionem ex lege?dicendũ quòd non:quia illa personalis est institutio.de actio.§.sic itaque. vnde intentabit petitionem hæreditatis:pone,consuetudo est quòd quilibet ex lapidicina aliena potest extrahere plenũ currum de lapidibus oblato pretio,quo formabit libellũ,oportebit nunc allegare consuetudinem in libello,vt dicat quòd talis cõsuetudo est,quòd quilibet de lapidicina aliena potest extrahere currũ plenũ de lapidibus oblato pretio,vnde cũ sim paratus tibi offerre pretiũ, peto à te vt permittas currũ plenũ de lapidicinis extrahere mihi,&c.videtur quòd non oportet allegare,quia consuetudo legis mutatur,vt in hoc §. dicitur. †Sed pone,promisisti mihi nudo pacto do 21
nationis causa aliquid:nónne in libello sufficit dicere,donasti mihi talem rem, vel promisisti dare quã peto,&c?certè sic;nec erit necesse dicere quam ago contra te conditionem ex lege.& hoc dicit lex C.de dona.l.si quis argentum.certè non oportet: ergo nec in libello oportet inseri quòd hic est consuetudo:sed contrariũ dicendũ,quòd imò oportet dice

* dicere in libello,*quòd cõsuetudo legis mutatur: verũ est in illis in quibus est eadem ratio,sed non est eadem quòd lex debeat inseri in libello sicut cõsuetudo:quia lex debet esse certa apud omnes. non autem de consuetudine est sic:quia in ista ciuitate est vna cõsuetudo,& in alia alia:vnde consuetudo perfectũ inducitur,quia p vsum:& facta sunt infinita & incerta:ideo error iuris qui est finitur, & certũ.ff.de iur.& facti igno.l.j.& ij. Ex æquitate tamẽ potest dici,si agãt tales personæ quæ nõ ignorant consuetudinem esse talem,saltem non debebant ignorare:quia sint de ciuitate vt diu ibi morati fuerunt,nõ oportet quòd consuetudo inseratur in libello,arg.ad hoc.ff.de iur.& fac.ignoran.regula.§.sed si facti.modò est in iudicio cõsuetudo,quo modo probatur?dicunt quidam vt Azo,& ponũt vnum modũ,& modus probandi vel dignoscendi cõsuetudinẽ est si bis fuerit iudicatũ:& de hoc nõ dico quod vidisti suprà ꝙ sufficiat bis vel ter,sed arbitrio iudicis relinquendũ est:alius modus secũdum Azo.est,quòd libelli querimoniarum bis fuerunt sepulti,sed quidam dicunt ꝙ Azo,cũ hoc dixit,noluit tradere modũ inducẽdi consuetudinẽ, sed voluit ponere exemplũ consuetudinis iam inductæ,credo quòd hic fuit mens in ea. Pone exemplum:populus sic vtebatur consuetudine,vt si aliquis petebat in contrarium compulsus vel repulsus,quia dixit iudex non audiã te,qui a consuetudo est in contrarium:ista repulsio perinde est ac si expresse iudicatum esset cõtra consuetudinem.argumẽtum ff. de neg.gest.l.si autem.§.si quocunque modo.

* Dicere in libello. Adde nũquid oporteat consuetudinẽ allegare in libello Bar.in repet.lib. ij. col.xj. versi. decimo quintò quæro.C. quæ sit lõga consuetu. Et quãdo sit allegãda in libello vide per eundẽ in repe.l.de quibus col.viij. versic.Ex his satis apparet.ff.de leg.

modo.alius modus ſeundũ eum ſi fuit obtentũ in cõtradictorio iudicio,quia vnus allegauit conſuetudinẽ,alius negauit,iudicatũ fuit p conſuetudinẽ, vt ff.de leg.l.cũ de conſuetudine.ſed nõ placuit Iaco.& meritò,quia lege iudicatũ ſit inter duos,ꝙ ſit cõſuetudo,non propter hoc præiudicatur aliis,vt inter alios ſit cõſuetudo,quia res inter alios acta. §.res inter alios acta.in rubro & in nigro.Iſti modi nõ placent:dixerunt quidã quòd habet probare per teſtes:* dicũt quidã alij,quòd falſum eſt,qa teſtes habent deponere de facto nõ de iure,ſed conſuetudo eſt ius,quo non habet improbare per teſtes,maior probatur.C.de teſti.teſtiũ.minor patet. s.co.ti.§.ius noſtrũ.ſed dicendũ quòd teſtes nõ debent reponere de iure,qđ nõ cõſiſtit in facti varietate:vt ſi qs allegat legẽ & vult ꝑbare p teſtes, & ſic quòd ſit lex vt in prooemio ff.in fi.ſed ius cũ cõ ſiſtit in facti varietate, vt ſi qs allegat legẽ, & vult ꝑbare p teſtes ꝙ ſic ſit lex: vt in ꝓœ.ff.in fi.ſed ius cõſiſtit in facti varietate,vt eſt cõſuetudo,bene poteſt ꝓbari p teſtes,ſed certè fatuus eſſet ruſticus,ſi deponeret hoc eſſe cõſuetudinẽ,qa neſcit quid ſit cõſuetudo:vnde talis modus ꝓbãdi non valet,licet Iac.hic videatur approbare,quia idẽ dicit de fama. ff.de teſti.l.iij.§.eundẽ.cuius ꝓbatio ſimilis eſt pro bationi conſuetudinis. Sed pone,teſtes deponunt quòd ita eſt frequentatũ ſæpe & frequẽter vſitatũ, nũquid ſufficit ad hoc quòd probetur cõſuetudo? dicũt quidã quòd non:quia adhuc nõ habemus de diuturnitate:ſed ſi vnus de teſtibus deponeret de vſu frequẽti,alius de diuturnitate,ſufficeret vt ipſi dicunt

* Probare per teſtes. Adde & vide Bar.in repe. l. ij. col. xj. verſi.decimo ſextò quęro. & xxvj. xxvij.xxviij.& xxxix.C.quę ſit longa cõſue.& in repet.l.de quibus.in iiij.q. princ. vide Bal.in repe. d.l.de quib9 in xxiiij.col. verſi. poſtremò qualiter cõſuetu. probetur cũ ſex. co.ſeq.vſque ad fin.

dicunt:ad hoc quòd probatũ esset esse cõsuetudinem. sed dicendũ qđ falsum est; imò exigũtur duo, vt de eodẽ deponãt ad hoc, quòd valeat probatio, quia vbi non est numerus determinatus, duo sufficiũt & duo exiguntur. ff. de testi. l. nisi. vnde oportet quòd ambo de diuturnitate deponant & ambo
22 de frequẽtia. †Sed pone: ambo de diuturnitate deponunt, vnde dicunt quòd decem anni sunt elapsi, quòd nos vidimus sicuti de frequentia quomodo deponẽt: ponatur vnus de testibus, infra dicit: ego vidi quòd infra fuerit iudicatum inter istos duos, alius inter alios: & sic de aliis infra qđ deponũt de vsu maioris partis populi: dico quòd nõ valet testimonium istud: quia singulares sunt in testimonio suo. quidã tamẽ dicũt cõtrariũ; & ad hoc inducũt duas leges. ff. de aqua plu. ar. l. in summa in fi. & ff. de proba. si arbiter. primã legẽ sic inducũt, quia qui vult agere actionẽ aquæ plu. ar. cõtra vicinũ, in cuius fundo est opus manufactũ, ppter quod venit aqua rapidior ad fundũ vicini, vicin⁹ cui nocet op⁹ dicit illud est factũ à tẽpore à quo bene extat memoria, si testes quos pducit q deponunt se vidisse talẽ, qa vidit illud op⁹ fieri, licet deponãt de alio, tamẽ valet probatio, quia licet sint singulares in testimoniis suis, tñ cõcordãt etiã hoc ad qđ pducunt s. ꝙ extat memoria istud opus fuisse factum ita hic, licet sint singulares in testimoniis suis, tamẽ in eo qđ intẽdunt secũdũ frequẽtiã, intendunt deponere & non deponũt, quia iste qui dicit ꝙ vidit ita iudicatum inter istos de vno actu, deponit, & sic non de frequentia, vnde ad illam legẽ quã inducunt est dicendũ quòd ibi deponunt de eo ad quod produ-

cuntur.Dicunt enim ad hoc ꝙ viderãt aliquem habere memoriã de tempore & fide,ponit vnus quòd vidit aliquẽ,& ſic concordant in hoc ad qđ producuntur,ſed hic debet deponere de frequẽtia,& hoc non deponit aliquis,ſed celat veritatẽ: quia ſemel ita vidit inter duos ita eſſe iudicatum: ratio de eo ad qđ producuntur nihil deponũt:idẽ poteſt dici, ꝙ ibi eſt ſpeciale propter difficultatem probandi: iſtud qđ à tanto tẽpore factũ eſt,ſimiliter ex parte rei vult probare:ꝙ ſi eſt tantũ tempus à quo nõ extat memoria,dicet ne teſtis nõ vidi aliquẽ qui haberet memoriã?certè non valeret hoc teſtimoniũ: quòd ſi ipſe vtrum viderit vel nõ aliquem,qui haberet memoriã.ff.de probationibus.l.ſi arbiter ad fi.vnde propter difficultatem probandi quòd tantum tẽpus lapſum ſit à quo nõ extat memoria,admittatur tale teſtimonium:& eſt ſpeciale propter difficultatẽ: quomodo ergo probatur cõſuetudo, exigũtur tria ꝓbari,frequentiã,diuturnitatẽ,vſum maioris partis populi:vnde oportet ꝙ ambo teſtes deponãt de frequẽtia & diuturnitate,& quòd iſta dicãt decẽ anni ſunt elapſi,quòd nos vidimus vti ſæpe & frequenter.de frequentia habetur ff.de teſt.l.iij.ad fi.Sed quia poteſt eſſe & frequẽter inter duos,nec hoc inducit conſuetudinẽ:ideo oportet quòd maior pars populi vſus fuerit:hoc eſt impoſſibile probari vel difficile eſt:ideo defectiuè probabitur ſicut diximus in intereſſe affectionis:nam de animo nõ poteſt probari,& ideo nõ planè probatur,ſed cõiecturæ ex qb⁹ pręſumitur animus vel affectio ꝓbãtis,de hoc habes no.C.ad.l.Cor.de ſic.

l.j.ſi

l.j.si in casu nostro potest liquidò probari argumẽtum, vtendũ est ff.de re mili.l.non omnes. §. à barbaris. vnde est, de frequentia vsus, de diuturnitate bene deponunt, quia possibile est probare: ideo de istis plenè deponũt: sed de tertio, scilicet ꝙ maior pars populi ita fuit vsa, quia impossibile est bene probare, ideo ita deponunt: nos credimus ꝙ populus vel maior pars populi sic vsa est. ad hoc est ff.de probat.l.si arbiter.in fi. vnde testis dicit, ibi credo quòd nõ viderimus aliquẽ qui habuit memoriam operis facti, vel aliter probabitur vsus seu consensus maioris partis populi: verũ est ꝙ exiguntur tot actus quot habeatur cõsensus maioris populi; verbigratia: cùm iudicatur habeo consensum eorũ inter quos iudicatur & omniũ assistẽtiũ, pone vnus testis ita dixit, vidi ita iudicari ter: erãt infiniti homines. dicit alius: ego similiter fui, & vidi ita iudicari, & erant ibi infiniti homines: quid arbitrabitur iudex? & ego credo ꝙ illi qui fuerunt in princ. sententiæ faciunt bene maiorẽ partẽ populi, vnde arbitrabitur iudex vtrũ ex actibus qui probantur probetur cõsensus totius populi vel maioris partis populi: sed nónne dixit lex, ꝙ pretor ex his quę frequenter ita obseruata sunt statuere soli? C. quæ sit longa cõsue.l.j.& C.de hęre.pa.l.an in totum. dicendũ quòd frequẽtius accidit, ꝙ plures actus exigantur, s. ꝙ duo ita vtuntur, postea alij duo & alij duo, & sic inductũ vsq; ad maiorem partẽ populi, & ita frequentia actuũ exigitur, quoniam ad ea quæ frequenter accidunt, iura adaptantur. ff.de leg. & sena.cõ.l.nam ad ea. Et ideo dicit frequenter: sed si

retur lites esse immortales: quia posſibile est ꝙ vnus dicat falsum in facti narratione, non dico in iuramento de calumnia quia illud est de credulitate. Itē not. ex hoc ꝙ dicit hic, causa semel approbata nō retractatur, vt quod semel approbaui reprobare non possum, dicit glo. quòd hoc est speciale fauore libertatis. Dicēdum quòd falsum est, imò ius commune quod hic dicitur. & ff. de neg. gest. l. Pōp. & cōtrarium signatur de medico qui semel approbatus potest reprobari. vt ff. de excu. tuto. sed reprobari illud speciale est fauore reipublicæ: quia reipublicæ interest vt nō sint mali medici in ciuitate: qa per ipsos medicos salus hominū cōseruat̄, vt l. j. §. j. & ij. de variis & extraor. cog. quæ salus rebus cæteris præferri debet. vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & ideo merito speciale est in eis propter periculum quod imminet &c. vt semel probatus posſit reprobari: secus in aliis professoribus. vt C. de ꝓfes. & me. l. reddatur. Dicitur in isto titulo quòd in testamēto habēs annū xvij. in fi. xviij. attigerit pōt dare seruo suo libertatē: cum antiquitas huic ętati. s. xviij. annorū cōcesserit postulare. Vnde quæstio fuit Bononię, de vno ex filiis Accursij qui volebat fieri doctor in legibus, & nō habebat nisi xvij. annos, vel parū plus. Opponebatur ei quòd nō poterat, ratione ętatis. Vnde quęritur an aliquis in xvij. ann. posſit fieri doctor legū? Videtur ꝙ non: quia doctor legū iurisdictionē habet de ordinariā inter scholares suos, vt in procemio. ff. circa finē. si aliquis iudex esse nō pōt, nec rēpublicā gubernare, nisi habeat ætatē cōpletā scilicet. xxv. ann. sic. ff. de mu.

de mu.& ho.l.ad rempublicã.Contra videtur quia habẽti xvij.annos,cõcessum est pro alio postulare, vt hîc:cum pro alio in tali ætate põt aliquis de iure & propriè respondere.ff.de postu.§.non tantũ.sed hoc est opus doctori legum.vt ff.de orig.iur.l.secũda,circa finem:quæritur in ætate.xvij.annorũ põt aliquis fieri Doctor legum.vnde ratione officij bene potest:sed videtur quòd ratio iurisdictionis impediet.vt prealle.l.in proœmio.ff.circa finem vt ff. de mu.& hon.l.ad rem.

De adoptionibus. Rubrica.

1 *Nomine cautionis quando contineatur nuda promissio.*
2 *Substitutio per arrogationem quando annulletur.*
3 *Satisdatio de bonis impuberis restituendis in quibus bonis habeat locum.*
4 *Impubes petitionem quarta transmittit ad haredẽ, si arrogatus decedat post arrogationem.*
5 *Arrogator si exhæredauit filium arrogatum vel emãcipatum sine causa,an debeat ei relinquere in testamento suo quartam partem bonorum suorum.*
6 *Spadones qui dicantur, & an possint adoptare, & matrimonium contrahere.*

NOn solùm. Cum autem per principale responsum hic in principio huius.§.dicit quòd arrogatio fit per principale rescriptum,& sic per principem,adoptio autẽ per quẽlibet magistratũ.vt ff.e.l.ij.q̃ritur quæ est ratio?Dicẽdũ est q̃a ita placuit principi, &

quia placuit sic dicẽdũ ꝙ adoptamus eos qui sunt alieni iuris, arrogamus eos qui sui iuris sunt.vt ff. eo.l.j.& ij.sed qui est alieni iuris vel in aliena potestate nihil habet,totũ est patris.sed qui est sui iuris habet bona quæ sunt sua,& vt frequenter accidit, locuples.vnde maius est periculum in arrogatione eius qui aliquid habet,quàm in adoptione eius qui nihil habet:et ideo leuius permittitur adoptio,quã arrogatio.vt ff.de fur.l.j.qua furẽ.circa fi.quia vbi est maius periculũ,ibi cautius est agendum vt ff.de Car.edic.l.j.§.sed & si quis.Item maiori & maioribus iudicibus cõmittitur causa liberalis quæ magna est.vt ff.de arbi.l.nõ distinguemus.§.de liberali.Deinde dicit litera ꝙ impuberis arrogatio fit cũ istis cõditionibus,vt pater arrogator caueat tabulario publico de restituẽdis bonis impuberis, si in pupillari ætate decedat,his qui bona impuberis arrogati habuissent,siue vel si facta nõ esset arrogatio.dicit gl.quòd cauebit de hoc pater arrogator solum verbali cautione.& allegat.l.C.de verb.sig. l.scimus.Sed dicendũ ꝙ falsum est imò cauebit, id est satisdabit cum fideius.& ꝫ.l.illã.C.de verbo.si. sancimus,quæ dicit.†Quod nomine cautionis nudã promissio continetur,intelligo hoc esse verum, quando hoc verbum cautio profertur ab homine, sed quãdo à lege,intelligitur cautio cũ fideius.vel pignoribus.Itẽ casus legis est ꝙ hic cautio de quã loquitur noster.§.ꝙ cum fideiussoribus est vt ff.eo. l.nec ei in fi.cum.l.seq.& C.eo.l.ij.Si habes additionem eam non reprobo.sed glo.antiquam ita habemus vt dixi,& si hic esset extra causam additio 1

quæ

quæ diceret contrarium glo. Dixit q̧ debet cauere cum fideiussoribus vt dixi pater arrogator de restituendis bonis impuberis arrogati si decedat impubes in pupillari ætate, his qui venturi essent ad bona illa, nisi impubes dedisset se in arrogatione, vt hîc & ff.eo.l.his verbis. Sed qui sunt illi qui venturi essent? Dicendum quòd qui ex testamẽto, & potest esse quòd qui ab intestato. verbi gratia, ego pater habeo filium impuberem in potestate, facio testamẽtum, & ei substituo pupillariter Titiũ. & sic iste Titius substitutus sed impubes filius me⁹ decederet in pupillari ætate nec se daret in arrogationẽ bona haberet, postea dat se impubes me patre mortuo in arrogationẽ, ista arrogatio facit substitutionẽ nullam esse: & sic Titius substitutus defraudatus esset spe sua, quia bona impuberis: & si impubes morietur in pupillari ętate his ad quos ventura essent bona illa nisi se dedisset filius impubes ca.di.in arrogationẽ. probo quia testamentũ per capi.di.minimã annullatur. vt j. quibus mo.testa.infir.§.nõ tamen. sed substitutio testamẽtũ impuberis. ff.de vulg.& pupi.substitutione.l.patris & filij.
2 † Item quòd substitutio per arrogationẽ annullatur est lex expressa.ff.eo.nec ei.§.eorum. Itẽ legatarijs quibus erant legata relicta ex substitutione & libertatibus relictis & ideo cõsultum est per istam satisdationem. Pone quòd pater impuberis non fecit testamentum & eo mortuo impubes dat se in arrogatione, si impubes in hoc casu decederet in pupillari ætate, pater arrogator omnia occuparet. vnde nisi esset remedium satisdationis

illi qui aliàs haberent bona impuberis nisi se dedisset in arrogationē, bona ista amitterēt per arrogationē: quia iste impubes sui iuris remāsisset eius patre decedente ab intestato, ꝓximiores haberent bona istius impuberis decedētis in pupillari ętate: sed cū dat se in arrogationem est in potestate aliena hæred. nō habet: sed pater occupat omnia iure peculij. vt ff. de castren. pecu. l. ij. ideo per istā satisdationē ꝓuideret istis vēturis ab intestato ꝙ bona impuberis habituri essent si nō esset arrogat⁹. Item ista satisdatio .s. quā pręstat pater arrogator de restituēdis bonis arrogati īpuberis his q vēturi essent ad ea nisi facta esset arrogatio sub tali cōditione, scilicet si impubes decesserit in pupillari ętate decederet in arrogationē aliâs nō haberet bona pupilli, nisi iste impubes in pupillari ætate decederet: sed in venturis ab intestato nō videt ꝙ locū habeat illa conditio, scilicet si decederet in pupillari ætate: quia quandocunque decederet impubes si arrogatio facta nō esset, aut in pupillari ætate decederet, siue post quandocūque, tamē illi qui venirent ab intestato haberent bona eius, videlicet proximiores: ergo ista cōditio de bonis impuberis restituēdis si decedat in pupillari ętate, licet locum nō habeat in his qui venturi essent ab intestato: dicendum quòd imò dicit glo. quia si iste impubes decederet ab intestato quia pater eius nō substituisset se non dato in arrogationem malo velle suo venientes ab intestato, scilicet proximiores haberēt bona sua: quia non potest in tali ætate facere testamentum: ideo eo dato in arrogationem pater arro

gator

gator præſtat ſatiſdationem de reſtituendis bonis venturis ab inteſtato ſub illa cōditione ſi deceſſerit in pupillari ætate.Sed ſi iſte viueret quouſque eſſet pubes,non eſſet certum quòd ab inteſtato venientes ſi proximiores haberent eius bona:quia in illa ætate poteſt facere teſtamētū & alios inſtituere:& ideo dubium eſt ſi poſt pupillarem ætatē decedat,an venturi ab inteſtato eius bona habeant.

3 † Sed caſus dubij nō ſunt conſiderandi.vt ff.qui & à qui.ma.liberi non fiant.l.Iulianus. Et ideo ſatiſdatio de bonis impuberis reſtituendis habet locū in venturis ab inteſtato ſub iſta conditione,ſi decedat impubes in pupillari ætate.Et ſecundū hæc nō ſuccurritur ab inteſtato veniente ſi moriatur poſt pubertatem iſte impubes qui dedit ſe in arrogationem.Et ratio gl.eſt,quia eſſet à caſu vt haberet bona vt dictum eſt:Hoc falſum eſt,imò certum eſt ꝙ illi qui ſunt in illo gradu ad impuberē in quo defertur querela vel bono.poſſeſ.contra tabu.venirēt ad eius bona eo decedente poſt pubertatē, niſi eſſent ingrati, & hoc incumberet onus probandi hæredi inſtituto, vt C. de inof.teſt. l. omnimodò. Item ponatur quòd iſta ſatiſdatio non eſſet inuenta quam præſtat arrogator de reſtituendis bonis his qui venturi eſſent ad bona arrogati, ſed non eſſet arrogatio facta, ſunt ne ſubſtituti excluſi ſine ſpe? Dicit hîc gloſſ.quòd ſic: quia ſubſtitutio per minimam capitis diminutionem tollitur. Contrarium dicit. ff. eodem lege,ſi arrogator. Vnde bene dicit ibi, quòd fingitur non irritum teſtamentum.& gloſſ.ibi adducit illam legem his ver-

bis quòd fingatur teſtamẽtũ non irritum,ſed gl.ali ter intelligitur & omnes doctores ꝙ ibi dicitur ꝙ in lege illa his verbis in fi.quòd ſi hæc ſatiſdatio omiſſa fuerit,vtilis actio in arrogatorẽ datur: intelligit vtilis actio ſcilicet ex ſtipulatu:quia fingitur ſtipulatio interpoſita,licet interpoſita nõ fuerit,ſicut & in ſtipulatione ſuper dote,quæ licet interpoſita nõ fuerit,fingitur:& ſic arguitur teſtamẽtũ tenere,& nõ eſſe irritũ:ſed ſic intelligitur ibi gl.vtilis actio, ſcilicet ex teſtamento. vnde ſequeretur quòd teſtamentũ fingeretur non irritum, & certè ego ſic intelligo: quia dicit lex illa.ff.eodem. lege prima, his verbis quòd intelligitur eſſe conſultũ omnibus per illam ſatiſdationẽ.& in fi.dicit quòd ſi omiſſa fuerit,datur vtilis actio per quã omni bus cõſulitur.hic accipio ex antecedẽtibus, quia quæ interpretationibus &c.ff.de ver.obl.l.Titia. Pone igitur quia alicui ſit relicta libertas in ſubſtitutione nõ eſſet ei cõſultũ:quia niſi addatur hæreditas ex teſtamẽto in quo eſt relicta directa libertas,hîc nõ eſſet directa:quia directa à defuncto præſtatur nõ ab hære.ſed fideicõmiſ.ſic.& ideo nõ cõſulitur omni bus niſi fingeretur teſtamentum non irritum, & per legem his verbis nõ fingitur non irritũ:vbi expone in fi.illius legis, vtilis actio,ſcilicet ex teſtamẽto.vel põt exponere,vt in gl.vtilis actio,ſcilicet ex ſtipulatu.& tamẽ arguitur ꝙ ꝓpter hoc non habeatur quòd fingit teſtamentum nõ irritũ. Dicẽdũ ꝙ niſi illa lex ex qua inducitur ſtipulatio,quæ lex vult ſatiſfacere omnibus, verum eſt quòd teſtamentum non fingit nõn eſſe irritum. Deinde alius.Itẽ quæ

ritur

titur ꝗbus cõpetit ſtipulatio ſeu ſatiſdatio de qua hic loquitur quam præſtat arrogator eius fideiuſſor ſeruo publico?Dicas ꝙ ſolùm cõpetat illis qui venturi eſſent ad bona,ſi ſe non dediſſet in arrogationẽ,& nulli alij.Ego dico hoc,nulli alij:quia Rofredus dicit ꝙ competit arrogato ſi emancipetur: ſed non eſt lex aliqua quę hoc dicat.Dicit etiã ꝙ in quolibet maiore arrogato hoc verũ eſt,vt agat ex iſta ſtipulatione vt ei reſtituantur bona ſua ſi arrogetur:ſed hic eſt maior deriuatio quã prima quia lex quæ loquitur de iſta materia,ſemper loquitur in impubere,vt hic.& ff.eo.l.non aliter.& l.ſi arrogator.Vnde dico ꝙ remedia huius.§.ſunt.ſ.cautio ſeu ſtipulatio arrogatoria cum eius fideiuſſoribus interponenda,& cõſtitutio ꝙ ei reſtituantur bona ſua ſi emãcipetur & ſi ſine cauſa quarta pars bonorum ab arrogatore. Audias de qua conſtitutione lex facit mẽtionẽ.ff.de inoff.teſt.Pap.cõtrauẽtũ.§.ſi quis impubes.& hoc ſolũ habet locũ in impubere, nõ in maiore:ꝗa lex noluit impuberi cõſulere:ſed maior ſibi imputet niſi ſibi conſuluerit. Sed quid ſi ĩterpoſita ſit ſtipulatio in pupillari ætate,& poſt factus fuerit maior vt proſit,an videatur interpoſita:nec demũ indigeat interponi?Credo ꝙ ſic:& hoc per iuris tẽpus nõ eſt modus &c.& inſpicimus originẽ obligatis.cõtinuabimus eam extra. Dico igitur ꝙ etiam impubes arrogatus ſi emancipetur à patre arrogatore non agit vt ſibi reſtituantur bona ſua ex ſtipulatione de qua hic loquitur lex,ſed per legẽ ſi reſtituãtur ſibi bona ſua,vt hic.nã p iſtã ſatiſdationẽ inauditũ eſt per legẽ,quia lex nõ dicit

hic ibi,nec alibi:nisi autoritate tua hoc dicas, sed solū illi q̃ vēturi essent ad bona,nisi se dedisset impubes in arrogationē illi solum agent ex illa stipulatione.Et ratio est:quia impubes habet tutorem, sed impubes si se dedat in arrogatione verisimile est q̃ consulatur impuberi:sed de venturis ab intestato,vel ex testamento non intromittit se tutor ideo illis consultum est remediis huius.§.scilicet ista satisdatione cōtinetur quia arrogator se emácipauerit sine causa,vel seipsum exhæredauerit reliquit ei quartā partē bonorum suorū.Dicit gl.hic & bene,q̃ ista stipulatio de qua loquitur nō se extendit ad quartam:quia ista stipulatio de qua hic loquitur,prætoria est,& in prætoriis stipulationibus nihil est addendum vel diminuēdū.ff.de verb. obli.l.in cōuentionibus.& de prætoriis stip.l.j.ad fi.glo.arguit q̃ illa stipulatio de qua hic,nō se extendit ad quartā:quia esset de futura successione, & pactū seu stipulatio de futura successione non valet.Illud argumentum nō mouet dominū,sed ratio prædicta.Tenor igitur istius stipulationis est q̃ satisdat arrogator de restituendis bonis impuberis arrogati venturi ad bona ex testamento vel ab intestato si iste arrogatus non esset,de restituendis sub ista conditione,si decedat impubes in pupillari ætate.Ego appono aliud intellectui istius satisdationis,quod non apponit gl.nec Rofredus,si decedat in pupillari ætate,adde scilicet viuo arrogatore,& hoc probo sic: Quæ fuit causa stipulationis istius interponendæ,ista ne qui venturi essent ex testamēto,vel ab intestato ad bona impuberis,si

arro

arrogatus non esset? nam eo dato in arrogatione bonis impuberis defraudarentur. Sed pone ꝙ præmoriať arrogator, & hic si qua fuit causa istius stipulationis interponendæ dicitur ita neq; venturi essent in testamento vel ab intestato ad bona impuberis, sed arrogatus non esset eo arrogato bonis in bonis defraudarentur, tunc impubes cum moritur inuenitur sui iuris: & ita venientes ab intestato veniunt ad bona eius iuris, nec indigent stipulationem aliquã fuisse interpositã si testamentũ erat factum sicut stipulatio per arrogationem nitebatur ita cum iuuenis sui iur. tempore suæ mortis iste impubes contingens ei in pupillari ætate reconciliatur testamentum vel substitutio: & sic substitutione iuris veniunt quando præmoritur arrogator, & ideo ista satisdatione istius opus non est quando moritur impubes in pupillari ætate præmortuo arrogatore: ideo attendendum est in tenore stipulationis, si decessit in pupillari ætate viuo arrogatore. Item dicit hic litera quòd si pater arrogator emancipauerit istum scilicet impuberem arrogatum sine causa, debet ei bona scilicet omnia arrogati ei reddere, & quartam partem bonorum suorum relinquere: & dicas quòd bona ipsius arrogati statim cùm ipse emancipauerit ei reddit, & hic colligo ex virtute illius dictionis tunc. vnde dicit litera dignus emancipatione fuerit, & tunc scilicet in emancipatione sua reddat. & hic est vis & potestas illius verbi tunc, vt ff. de conditione, & demonstratio. l. iiij. infrà, sed quartam bonorum suorum non dat ei statim

ſtatim cùm emancipat,ſed in teſtamento ſuo:quia dicit hæc litera,vel vnius iuſtà cauſa emancipauerit videtur ei quaì tã bonorum ſuorũ relinquere. vnde hic cùm verbũ relinquit eſt verbum pertinẽs ad vltimam voluntatem. ff. de tabu.exhi.l.prima, ad finem. Item dicit lex quòd ſi arrogator repetat quartã bonorum,nimis maturè petit.ff.de collatione bonorum.l.j.§.ſi impuberi.ad fi.§.vnde hic malè dicit Rofredus qui dicit quòd arrogator ſtatim cũ emancipat debet dare arrogato quartam bonorũ ſuorum,ſicut tunc bona ſua tenentur reſtituere ei. †Item aliud dixit,& male, ſed poſtea correxit ſe: 4 debet relinquere arrogator quartam partem bonorum ſuorum ipſi arrogato, nonne tranſmittat petitionem quartæ ad hæredem?Ipſe dicit ꝙ ſic.& tex.eſt.l.quod impubes hæredi ſuo tranſmittet petitionem quartæ vt ff.de collatione bonorũ.l.j.§.ſi impuberi. Reſpondeo,ſed iſte poſtea correxit ſe. vnde ſi arrogator præcedebat,non habet eius hæres petitionem quartę,& non moueor ratione ſua, ſed alia:quia cùm in iſta quarta referamus non ad tempus factionis teſtamenti vel vltimæ volũtatis, non valet legatum imò eſſet pro non ſcriptum,vt eſt de caducis tollen.l.vnica,in primo ordine. Ad argumentum in contrariũ quòd eſt text.illius.§.ff. de collatione bonorũ.l.j.§.ſi impuberi.ibi reſpondeo quòd impubes petitionem quartæ tranſmittet ad hæredem,verum eſt ſi arrogatus decedat poſt arrogationem.Item quæro,an pro iſta quarta poſſet iſte arrogatus agere petitione hæreditatis ? Dicendum quòd non,quia vult quòd arrogator relin

linquat ei quartam in vltima voluntate hic.& hæc est cõstitutio diui Adriani quam habes.ff.de inoff. testa.l.Papiniamus.vnde si relinquat ei arrogator quartam in testamento,obtemperatum est.l.diui Pij.non intromittit se amplius petere per actionẽ ex testamento si non relinquit constitutio diui Pij non facit eum hæredem in illa quarta,sed obligauit arrogatorem ad relinquẽdum quartam ipsi arrogato.vnde non aget petitione hæreditatis arrogatus:sed quia arrogator obligatus erat constitutione diui Pij ad factum,ideo succedet interesse: quia cùm quis tenetur ad factũ,nõ facit interesse. vt ff.de re iudica.l.si quis ab alio.in fi.legis.vnde ad illud interesse agit conditione ex illa constitutione conditione ex l. Pone,arrogator dicit in testamento suo arrogato,relinquo quartam partem bonorũ.Dico ꝙ eam non potest petere:quia si eam posset petere,aut ex cõstitutione diui Pij,aut actione ex testamento ,relinquendo obtemperatum est cõstitutioni:& ideo ex cõstitutione illa agi nõ potest.vnde si obligatus essem vendere,& vẽderẽ, essem liberatus. Item nec actio ex testamento peti potest:quia legatum est mera liberalitas:sed arrogator est obligatus ex cõstitutione diui Pij relinquere quartam:quare arrogator est debitor,sed si debitor legat creditori,non valet legatum,vt ff.de lega.ij.l.debitor.quare actio ex testamento locum non habet.Dicendum quòd imò est arg.l.dicendũ quòd quando debitor legat id quod debet,non valet legatum:sed arrogator non legat quod debet relinquendo quartã:quia quarta legatur:sed erat

ob

obligatus ad relinquendum quartam,& ſic ad factum. Ad illud quod dicitur, ꝙ legatũ eſt merè liberalitas, ſed hic obligatus eſt ad relinquendum. Dicendum ꝙ relinquere eſt idem ꝙ legare,& legare eſt mera liberalitas. Item relinquere eſt dimittere: ſic dare eſt nomen facti, quo impletur contractus, cũ aliquis donat rem donatam. Similiter donat donator rem donatã,& relinquere eſt nomen donandi,& eſt nomẽ facti, quo impletur legatum. Ex hoc oritur talis dubitatio, Si aliquis in extrema ſua voluntate diceret amico ſuo, quid relinquetis vos filiis veſtris? dicit ipſe, Ego relinquo tali talem domum,& tali relinquo talem vineã:& ſic factum eſt totum teſtamentum per iſta verba relinquere. Certè iudicatum fuit teſtamentum nullũ eſſe: quia relinquo & lego idem ſignificant, ſed nõ ſequitur relinquo, ergo lego. C. de ſacroſan. eccl. l. vlti. vnde eſt æquiuocatio, relinquere, id eſt, legare, vel relinquere, id eſt, dimittere: quia cùm quis moritur omnia dimittit, nihil ſecum defert:& ideo hoc verbũ relinquo duo ſignificat. quid erit: In dubio naſcitur vtrum vellet dicere relinquo, id eſt lego, vel relinquo, id eſt, dimitto. Veniamus ergo ad arg.& dicendum quòd non eſt propriè legatũ. vnde dicit lex ſi donaui tibi decẽ, vt ea mihi mutuares, tu mutuaſti: non videtur eſſe mutuum: quia mutuare eſt voluntarium,& eras hic obligatus ad aliquid mutuandum.& ita eſt de rigore, ſed de æquitate mutuum eſt, vt ff. ſi cert. pet. ſi tibi pecuniam. Ita dico hic licet ſit obligatus ſed ab eo peti nõ poterat, eo mortuo incipit hæres teneri cum effectu:& hoc eſt

alias

alias cum actione ab hærede & contra heredẽ inci piatur vt C.q̃n act.ab hære.& cõtra her.incip.l.iſta. ſciẽdũ ꝙ quocunq; modo emancipat arrogatũ pa ter arrogator debet reſtituere bona ſua, ſed in quarta bonorum arrogati eſt diſtinguendũ:quia ſi emancipatio eſt incognita & ſic in cauſæ cognitio ne cõſtat de meritis arrogati & in probitate habet quartã ſi ſine cauſa habebit.vnde hic dicitur quòd debet fieri iſta emancipatio cauſa cognita,& ſi in cauſæ cognitione conſtat de meritis arrogati & de probitate arrogatoris,nõ habebit quartam. Dictũ eſt igitur ꝙ ſi cauſat de immeritis arrogati priua tur quarta, vnde ſcias quòd illæ ſunt cauſæ priuan di quarta,quæ ſunt cauſæ exheredationis, vt in au then.vt cum de ap.cogno.§.aliud capitulum.Vnde ſciendũ quòd aliud eſt ſi exhæredẽ,iſte arrogator habet vnam ſolam viam ſi peteret quartam ex con ſtitutione diui Pij,vt ff.de inoffic.teſta.l. Papinia. §.ſi impuberes.ſi prætereatur habet triplicem viã, poteſt dicere teſtamentum nullum : ſicut & quili-
5 bet ſuus,vt C.de liber.præter.l.vltima. † Dicit hic quòd ſi arrogator exhæredauit filium arrogatum vel emancipatum ſine cauſa , debet ei relinque- re in teſtamento ſuo quartam partem bonorum ſuorum, intelligunt quidam in indefinita quæ æquipollet vniuerſali.ff.de pign.l.ſi neceſſarios.§. ſi annua omniũ bonorum:quia litera dicit quartã bonorũ ſuorũ,ſcilicet arrogatoris.&haberet alios filios naturales &legitimos,vt ff.ſi quis in frau.pa- tro.l.vlti. Arguitur contra eos,ſecundum hoc in-

ue

uenietur quòd plus haberet legitimus,quã natura lis & legitimus.Ad hoc bene respondẽt quòd hoc non est verum:quia iste arrogatus diues est,vt fre quenter accidit,& habuit pater arrogator fructus interim.& est casus.l.quòd legitimus tantum plus habet quã legitimus & naturalis,vt in dato cinere, vt in authentica de tri.& semis.§.j.Item arrogatus plus habet quàm naturalis & legitimus vt ff.qui in frau.credi.l.vltima,quia ibi dicit quòd talis filius adoptiuus habet quartam in omnibus bonis patris adoptiui,& si aliquid alienatum fuerit de his habet reuocatoriam actus,quã filius naturalis nõ haberet saltẽ indistinctè.Et per hoc arguitur quòd plus habet legitimùs,quã naturalis non haberet, saltem indistinctè quod haberet legitimus,vnde vel arrogatus contentus esset quarta eius quod ha biturus esset ab intestato:quia naturalis & legitimus secundũ hoc est contentus,vt C.de inoff.testa. l.cùm quæritur.Ad literam istam quę loquitur sim pliciter:quia dicit quòd debet habere quartã partem bonorum arrogatoris respondent, quia dicit quia hoc frequẽtiùs accidit quia iste qui naturales filios habet,arrogat vnũ, vt ff.de adop.nec ei. Præterea & ideo cùm sit vnicus filius habet quartam omnium bonorum arrogatoris:quia hæc est quar ta eius quod habiturus esset ab intestato : quia ab intestato totum haberet , sed videtur ꝙ ista quarta sic hodie ampliata,vt in authent.de trien.& semis.iste arrogatus eam nõ habet,sed constitutione diui Pij quartam petere potest. Sed potest dici

quòd

quòd quarta est eis ampliata qui habent querelam, vel aliud auxiliũ loco querelę, vt cõstitutionẽ ar.l. ff.si quis cau.l.si eũ.§.qui iniuriarũ.Hic loquitur de tribus.de bonis arrogati:quia sibi reddũtur. Item quarta bonorũ arrogãtis.Itẽ bona quæ interim acquisiuit medio tempore iste arrogatus patri arrogatori acquisiuit quo ad cõmodũ vel vsumfructũ, vt sunt bona aduentitia.& dicit glo. ꝙ bona illa restituet iste pater arrogator filio arrogato si emancipetur,sed vsusfructus remanet patri arrogato ad vitam post emancipationem.Et adducunt ad hoc duas leges,vt ff.fami.er.l.si filia.§.ij.& ff. de vulga. sub.l.sed si plures.§.in arrogato.& C. de bo. quæ lib.l.cũ oportet.§.cũ autẽ.& illæ leges aliud cõcludunt propositũ glosatoris.Lex prima probat ꝙ arrogator retinet vsusfructus medij tẽporis quo fuit arrogatus arrogatione:& hoc est satis ęquũ,secunda non probat.l.C.de tempore futuro nisi diuidi vsumfruc.Et hoc est satis tolerabile. vnde in naturali & filio legitimo si erat in potestate patris morte,quia ipse filius moritur remanet vsusfru. patris morte,quia ipse filius moritur & insolidum in vita sua si emancipatis dimidia hęc est probata quòd in auth. de hære.quæ ab intestato. §. vltimo. Dicas quòd restituere debet pleno iure illum vsumfructum,nec pro tempore futuro debet aliquid retinere sicut & alia bona arrogati: & hoc ostenditur sic:quia per l.ff.totum patri acquirebatur,vnde in acquirendo nõ erat diuisio proprietatis vsusfruc. ergo nec in restituendo,& sic debet restituere ista bona cum vsufruct. in acquirendo & retinendo:

quæ iure.C.locum habet fauore filiorum est introducta, ergo non debet retorqueri in eorum læsionem.ff.de le.& sena.l.nulla.C.de le.& cõsti.l.quod fauore.quare simul cum vsufructu debet restituere bona aduentitia pater arrogator quæ interim filius arrogator dum fuit in arrogatione sibi acquisiuit ista.Sequitur postea.§.In plurimis.vt in illud verum habuit dominus meus quendam docto. qui totum econtrario exponebat in litera, quam glossa exponat, vnde dicebat.† Quòd spadones dicuntur aliqui qui secundum naturam generare nõ possunt, quia castrati:& tales bene possunt adoptare, & matrimonium possunt contrahere:quia hoc est vitium naturale,& vitio naturali parcitur, vt ff.de dam.infect.l.fluminum.§.vitium.Et ad hoc habes in his quæ sunt nobis à natura,&c. sed castrati sunt illi quibus virilia amputantur. vnde dicitur castratus quasi castè natus,& iste adoptare non potest, quia nec generare.Fiebant eunuchi vt cum dominabus starent, & vt eis relinqueretur aliquid, sed hodie per legem est prohibitum ne fiant eunuchi,& quod dicitur hic quod spadones, id est, castrati secundum istam expositionem generare nec matrimonium contrahere: quia verum est secundum ista iura qui non potest generare nec matrimonium contrahere.Dominus meus de hoc non curat. 6

1 *Fœmina non potest arrogare, nisi sibi concedatur à principe.*

2 *Arrogari quando possit filius naturalis per rescriptum principis.*

Et quæ

Et quæ sit forma quæ obseruari debeat in supplicando.

3 *Filius naturalis potest legitimari per rescriptum principis, & quæ sit forma.*

1 *Fœminæ.* † Ibi dicitur quòd fœminæ non possunt arrogare, quia nec habent in potestate, nisi cùm amiserint filios, & in solacium filiorum amissorum: & tunc ex rescripto principis posse similiter arrogare, & non aliàs: quare hic dicitur, quòd fœminæ possunt arrogari, & non arrogare. Dicendum quòd licet rescriptum principis in vtroque requiratur, tamen possunt arrogari per rescriptum principis de iure communi: sed arrogare non possunt per rescriptum de iure communi specialiter si in præiudicium eis concedatur: vt hic & cum causa, scilicet in solo casu amissorum filio-
2 rum. Caius enim. † Quærebat hic dominus meus quid sit arrogatio: quia dicebat, ipsæ non possunt arrogare per rescriptum principis filium meum naturalem C. de na. li. l. legem. & tamen bene possunt eum legitimare per rescriptum principis, vt in authen. quibus modis na. effi. §. illud. & certè videtur quòd l. illa. C. aliàs intelligitur decreta, & sic correcta, sed non est, vnde dicas quòd in arrogatione non oportet facere mentionem filiationis supplicando, sed sufficit dicere talem extraneum sui iuris nolo arrogare: vnde nec rescripto principis fiet de hoc mentio, sed in legitimationem oportet, quòd fiat mentio filiationis in supplicando, & naturalitatem.

3 † Quod dicat, domine talis est filius meus,

naturalis,vnde peto quòd legitimetis eum, vnde in reſcripto debet fieri mentio,& ita alius eſt modus ſupplicandi & cõcedendi in vno quàm in alio, vnde in legitimatione niſi eſſet facta mentio filiationis & naturalitatis,nõ valet legitimatio, ſed eſſet arrogatio,hic allegatur præallegata auth. quib. mo.na.effi.ſui.§.illud notandũ. in fi. ti. dicitur ꝙ ſi dominus ſeruũ ſuũ nominauerit filiũ apud acta, ꝙ erit liber. Dicebat dominus meus,ꝙ aliqua intendebat ſe probare filiã cuiuſdã,vt ei ſuccederet,depoſuerunt teſtes ipſam fuiſſe filiã,opponebatur cõtra dicta teſtiũ quod nõ, ſequebatur, dato ꝙ eſſet filia quòd poteſt hic eſſe filia legitima & naturalis, & ſciendũ eſt ſuccedere patri.Certè dicendũ eſt,ꝙ ſufficit in teſtamento quod intelligitur,ex quo dici poteſt quòd eſt filia quod intendit ꝙ ſit filia legitima:vnde dicit lex ſi aliquis dicat ipſum filium legitimum.in auth.vt lice.ma.& auię.§.ad hoc.&c.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Rubrica.

1 *Sacerdotium liberat filium à patria poteſtate.*

V*ideamus.* Nunc quibus &c. Mortuo verò auo &c.ver.Si verò is: ibi dicitur ꝙ nepotes per mortem aui efficiũtur ſui iuris ſi non erant recaſuri in poteſtate patris ſui ſcilicet filij poſt mortem aui: puta quia mortuus erat filius: pater eorum ante alium vel exiuerat de poteſtate aut per emancipationem:ſed ſi per

ſi per dignitatem recaſuri ſunt poteſtate filij qui exiuit de poteſtate patria per dignitatẽ, nõ videtur exiuiſſe quo ad ſuum incommodum. vt in auth. cõſtitutio quæ de dignitatib. §. illud. Et ideo nepotes id eſt, filij iſtius filij qui exiuit per dignitatẽ de poteſtate aui qui pater reſpectu iſtius filij recidunt in eius poteſtatem, nec amittit patriam poteſtatem: per hoc ſoluebat dominus meus talem quæſtionẽ.
1 †Eſt in quadam terra conſuetudo quòd ſi aliquis decedat qui non habeat liberos in poteſtate, quòd dominus omnia bona occupat iure manus mortuę. Habebat quidam qui deceſsit filiũ ſacerdotem rectorem eccleſiæ, qui morabatur ſeparatus à patre in eccleſia ſua. Dominus iure manus mortuæ volebat bona occupare: dicebat dominus meus ꝙ ſacerdos erat in poteſtate defuncti tempore mortis: quia licet ſtaret ſeparatus à patre, tamen non erat extra poteſtatem: quia iſte non eſt de illis modis. Arguitur ſic: certi ſunt modi quibus tollitur patria poteſtas, iſte non eſt de illis, per quos quis exeat de poteſtate, qui hoc titulo nominantur: ergo per talem modum quis non exit de poteſtate, &c. Similis modus arguendi. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. l. à patre furioſo. circa prin. & ſic dominus non debebat habere bona patris ſui defuncti iure manus mortuæ.
2 †Nec eſt dicendum quòd per ſacerdotium exiuerit quis de patria poteſtate, quòd licet epiſcopalis dignitas faciat aliquem extrahere de patria poteſtate, non tamen inuenitur ſic de dignitate ſacerdotali. vt C. de epiſc. & cleri. authen. ſed epiſcopalis. Dicebatur contra quòd

imò ſacerdotalis dignitas* facit quem exire de patria poteſtate, & dicebatur, quòd erat decretalis vel decretum, eſto quòd ita eſſet adhuc allegabat pro ſacerdote: quia licet per ſacerdotalem dignitatem exiuerat de patria poteſtate, tamen ille qui per dignitatem exit de patria poteſtate quo ad ſuũ commodum videtur exiuiſſe, vt in authen. conſtitutio an de digni. §. illud. & ideo dicebat iſtum ſacerdotem admitti ad bona, & ita fuit iudicatum.

* Sacerdotalis dignitas. Adde Bar. in l. patre furioſo. ff. de iure perſo. Et nũquid ſacerdos ſit perſona publica, & poſsit alteri ſtipulari, vide eundem in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iu.

1 *Relegare quibus ſit conceſſum.*

2 *Pater deportatus amittat ciuitatem & iura ciuiũ romanorum, & ſic patriam poteſtatem.*

Et filius deportatus exit de poteſtate.

Cum autem is &c. Ibi dicitur quòd deportatus amittit patriam poteſtatem. Dicit gl. ſententia deportationis non poteſt dari niſi quatuor iudicibus ab imperatore, & ab eo qui vices eius cognoſcit, à præfecto prætorio, & à præfecto vrbis, vel ab eo qui vice eorum cognoſcit de mandato principis: vt quia præfectus prætorio deceſsit, mittitur ad tempus ab imperatore aliquis qui vice iſtius cognoſcat, certè iſte poterat deportare, & ratio eſt: quia iſte ordinarius eſt, qui vice alterius iudicis ex mandato principis ſubrogatur, & eſt caſus l. C. de offic. eius qui vicem alterius iudicis gerit. l. ij. Ex hoc ſoluebat dominus meus talem quæſtionem, Aliquis epiſcopus deceſsit, mandauit papa duobus vt exerceant officium defuncti, deceſsit vnus illorum: quærebatur an alter poſſet cognoſcere? Certè reſpondebat, quòd ſic, quia erant ordinarij. Sed in ordinarijs duobus in eodem officio vnus poteſt cognoſ

cognoſcere ſine alio, licet aliud eſſet in delegatis, & de hoc dicebat eſſe plura iura expreſſa: hoc habe
1 tis. ff. de offi. conſul. l. iſta. †Dicit eadē glo. poſtea quòd omnes illi qui habent merum imperium, poſſunt relegare, & certe dico quòd non: quia conceſſum eſt præſidi ſpecialiter, vt ff. de interdictis & relegatis. l. relegator. §. reſpō. nec dico quòd hic ſit merum imperium, ſed ea quę mero imperio magiſtraliter tractantur, quia nec mortem ciuitatis, nec
2 membri mutilationem. †Sequitur ver. Sed ſi ex indulgentia, vbi dicitur: dictum eſt quòd pater deportatus amittit ciuitatem & iura ciuium Romanorum, & ſic patriam poteſtatem. Similiter ſi filius fuerit in poteſtate deportatus exit de poteſtate. Sed iſti qui ſunt reſtituti recuperant per reſtitutionem priſtinum ſtatum & gradum, & hoc dicebat dominus meus, quòd litera iſta melius faciebat ad quæſtionem quæ ſequitur quàm litera de mundo, & ſi ipſe vellet ſoluere ſicut ipſe audiuit quod ſoluebatur, ipſe ſoluerat per iſtam literam, & per iura illa quæ hic allegabat. Quæſtio eſt talis, Papa reuocat expectantes in quadam eccleſiá. Reuocatis expectantibus quidam impetrat præbendam primam in illa eccleſia quæ vacabit, poſtea venit vnus de expectantibus reuocatis, & impetrat reſtitutionem, reſtitutus eſt, vacat præbenda, vult admitti ille qui impetrauit præbendam, & præponit qui impetrauit reſtitutionem: quia licet impetrauerit poſtea quàm ille impetraſſet, tamen quia non impetrauit iſte præbēdam, ſed reſtitutionē ad illā quá primò impetrauerit quàm ille qui modo vult

admitti ex testamento in pristinũ statum & gradũ, & secundum hoc debet ille primò admitti & præponi. Dicebat ꝙ per istam literam hoc diceret, & videtur esse similiter casus. l. in simili. C. de sen. pas. insulam: vbi dicitur quòd miles qui fuit missus in insulam: quia vendidit arma sua ignominiose restitutus est, non solùm recuperat quòd sit miles, sed oportet in eodem gradu in quo primò erat: quia in matricula militum scribuntur per ordinem: primò maior, secundò minor, postea minor: vnde gradum quem primò habebat recuperabat per restitutionem. Ad idem est. C. ff. de contratabu. l. j. ad fi. dominus meus tamen dicebat, quòd fortè diceret contrarium, & rationes istas bene dissolueret.

1 *Captus ab hostibus quare fingatur seruus.*

Si ab hostibus. Dicit glo. quòd hic colligunt quidam quoddam genus hominum esse in pendẽti vt inducũt, hominum alij sui iuris, alij alieni iuris, vt s. de his qui sunt sui vel alieni iuris. primo respon. alij in pendenti vt hic, vnde status liberorum eius qui captus est ab hostibus est in pendenti, vt hic dicit glo. quòd illud tertium membrum non est verum, & ad hoc allegat plures leges; vnde liberi eius qui captus est ab hostibus, patre eorum existẽte in captiuitate, sui iuris sunt: quia interim seruus est, dum est in potestate hostium: & qui in alia potestate est, alium in sua potestate habere non potest; ad l. Iul. de adulteriis. l. sic eueniet. ff. de acquir. re. do. liber homo. §. quoq;. Respondet ad literam istã quòd nihil est in pendenti inspecto statu præsenti capti ab hostibus sunt sui iuris: sed inspecto futuro ex

ro ex his quæ euenire poſſunt eſt aliquid in pendē-
ti:& ſic eſt hic etiam ſtatus præſens iſtorum eius
qui ſunt ſui iuris,iſte ſtatus reſpectu futuri pendet:
quia ſi reuertatur pater fictione iuris poſtliminij
fingeretur ſemper eſſe alieni iuris:quia fingerētur
ſemper fuiſſe in patris poteſtate:quia & pater fin-
getur ſemper fuiſſe in ciuitate,& quòd inſpecto fu
turo dicatur aliquid in pendenti nō inſpecto præ-
ſenti dictis.l.ff.de verb.obl.l.conditiones. ff. ſi cer.
pe.l.cum ad pręſens certi conditi.& l. itaque. Sed
certè ita dicas,quòd licet in præſenti liberi capti
ab hoſtibus ſint ſui iuris,tamen lex dicit quòd non
ſunt plenè ſui iuris.ff.de ſuis & legit.l.penul. Dicit
litera.Sed & qui captus,&c. Litera iſta legitur ſe-
cundū gl.vno de duobus modis.Et dominus meus
legit tertio modo.Primus modus ſecundū glo. eſt
quòd nō videtur quis ſeruus eſſe, nec importatur
hoſtium eſſe ſed veritate donec fines imperij exceſ
ſerit.ff.de cap.& poſtlim. reuer. l. poſtliminium.§.
poſtliminio.ſicut de furto non manifeſto dicitur
quod non eſt furtum non manifeſtum,donec res
furtiua ad locū deſtinatum fuerit deportata, vnde
ſi ante quandocunque deprehendatur,dicitur fur-
tum manifeſtum,vt ĵ.de ob.ex delicto.§.manifeſtū.
Secundo modo legit glo.ſed non eſt intellectus li-
teræ,vnde tertio modo dic hic eſt intellectus lite-
ræ:quia ſiue reuertatur bello,ſiue quia furtiuè rece
dit ab hoſtibus,ſemper dicitur poſtliminio reuer-
ſus,vt hic,& hoc important iſta verba reuertatur,
ſiue bello recuperatur cū bello poſtliminio rediiſ-
ſe æſtimatur,id eſt,dicitur vel creditur ſecūdū ve-

ritatem non æſtimatur,id eſt,fingitur quaſi non ſit verè reuerſus poſtliminio, ſicut glo. exponit: ſed nō eſt intellectus literæ,vt dixi.Hic tanguntur duę fictiones,ſcilicet fictio iuris poſtliminij moriatur in captiuitate eſſet mortuū eſſe hora captiuitatis. Sed tūc arguit,prima hora captus fuit ſeruus,ergo fingitur mortuus ſeruus,quod eſt contra mentē legis Corneliæ, vt ff.de teſt. l.lex Cornelia. Dicūt ad iſtud argumē.fingitur eſſe mortuus prima hora captiuitatis,& illo momento erat liber. Dicendum quòd fictio legis Cornelię fingit ipſum mortuū eſſe prima hora captiuitatis, non ipſum mori: quia tunc fingeret eū mori ſeruum,vnde aliud eſt mori,aliud mortuum eſſe,vt de condit.& demon. l. ſi hæres fingit emittere ſpiritum. Et hoc petas tu in argumento tuo,ergo fingi mori ſeruus non ſequitur,ſed bene cōcludes:ergo fingitur mortuus dum eripiebatur in ſeruitutem,vnde fingit.l.Cornelianum ipſum mori liberū quòd eripiebatur in ſeruitutem.† Quæret aliquis,Quæ ęquitas eſt iſta,quòd 1
ille qui captus ſit ab hoſtibus ſit ſeruus legis quæ hic induxit induci pro hoſtibus? & contra nos ita opponebat quidam nobilis laicus domino meo ipſe dicebat.Et pro nobis contra hoſtes poteſt eſſe ratio quare captus ab hoſtibus ſeruus fingatur, quia imperator poteſt dare legem hoſtibus ſi vellet,quia dominus totius mundi eſt ff.ad legē Rhodiā de iac.l.deprecatio.ſed non ſunt digni legibus, ſicut de meretrice dicitur,quod non eſt dignum legum laqueis innodari,vt C.ad l.Iulia. de adulte. l. quæ adulterium.Item & ſi de iure poſſet dare legē

hoſtib

hostibus,quia de iure posset constituere, quòd capti ab hostibus essent liberi,cùm hostes de facto nō seruarēt: & sic leges essent ludibrio, quod esse nō debet.ff.de iudi.l.si prętor.ideo nō constituit quòd capti ab hostibus erant liberi. vnde communi assensu imperatoris vel populi Romani & hostium introductū fuit quòd illi serui,& illi quos de suis caperemus essent nostri.Si quæras quare voluit lex vel imperator captum ab hostibus liberum, seruū esse apud nos,licet apud hostes diceret ipsum seruum esse?Dicendum quòd ex quo est seruus hostiū si liber remanet cùm apud nos retinent bona sua: & ista bona essent hostium, & illa est ratio quare captus tam apud nos quā apud hostes haberetur pro seruo.

Præterea. Et dicitur in illo.§.x.& tunc ex edicto quòd pater eadem iura habet in bonis filij emācipati meritò præferatur patrono in bonis liberti: & quæ sunt illa iura,exponitur in gl.Sed quæritur pater qui emancipat filium habet contratab. sicut patronus præteritus à liberto iure nihil habet per ista iura, est ne hic correctum? Dicit Azo hodie est correctum, hæreditas enim descendentium æqualiter ascendentibus defertur patri & matri, vt in authen.de hæred. quæ ab intesta. defer. §. ius hodie. Hugo dixit contrarium, quòd imò hodie pater haberet contratabul. Et præfertur matri. Dicendum quòd videtur correctum. Pater si non emancipasset filium habebat olim omnia iura peculij, sed hodie tantùm habet hæreditatem in aduentitiis, & si non emancipetur

cipetur,vt in auth.de hęre.quæ ab intesta.defe.§.j. quare.Sed hic erat causa quæ post emancipationē habebat cōtratab.& præferebatur matri:quia si nō emanciparet haberet omnia, & hodie cessat, ista causa cessabit vt sic pater non præferetur, & effe-ctus,vt s̃.de episco.& cleri.l.generaliter. & sic pater non præferetur.Dicendum ab intestato pater & mater hodie æqualiter admittendi: sic loquitur illa authen. de hære. quæ ab intesta. defe. §. conseques.sed ex testamento per contratab. Dico quòd pater præfertur matri:quia in successionibus ex testamento inuenitur ius antiquum correctum.

1 *Taciturnitas æquiparatur consensui vbi est coniunctio personarum.*

2 *Emancipare filium in quibus casibus possit cogi pater.*

Sed & si pater. Dicitur in isto.§.quòd qui tacet,cōsentit.Dicas quòd qui tacet,non consentit regulariter,vt ff.de regu.iur.l.qui tacet.non vterque, sed vbi inuenitur contrarium dico quod speciale est, vnde hoc est speciale coniunctio personarum: vnde cùm pater dat filium in adoptione, & filius tacet,videtur consentire:quia videtur quòd tenere debeat id quod pater facit,& sic loquitur hic quòd. †Qui tacet,consentit,vbi est coniunctio persona- 1 rum,& sic loquuntur similes quæ ad hoc inducuntur:vnde si donatur res mea me præsente & non contradicente ab extraneo,non nocet mihi,si à cō iuncto nocet:quia habeor pro consentiente, vt ff. de don.inter virum & vxorem.l.si seruus communis.Sed si ab extraneo interueniat aliud, quàm ta-

citurn

citurnitas,quia recipi pretium bene mihi præiudicet:quia receptio pretij bene præiudicat.ff. de euict.l.quidam ex parte.Ista iura inducebantur cõtra dominum meum in quadam quæstione. Quidam maritauit vnam de filiabus suis cùm duas haberet,& mater erat mortua.Post lapsum temporis maritauit aliam,& dotauit eam de bonis matris, etiam præsente ea quæ primò fuerat maritata, & non contradicente.Quæritur vtrum sibi præiudicet?& arguebatur quòd sic:quia si aliàs coniunctio personarum inducit consensum, multò fortiùs coniunctio personarum cum fauore dotis: quia causa dotis fauorabilis est. Vnde iura præallegata per hoc inducebantur. Dominus meus distinxit in ista quęstione,aut illa filia quę tacuit,erat emãcipata.Sed dices,Nónne erat vxorata,& sic extra potestatem?Dicendum quòd propter hoc non exit potestatem patris:quia certi sunt modi exeundi de potestate,vt hoc titu.iste non est de illis &c. & est similis modus arguendi.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.patre furioso.Casus legis est.C.de cõdi. inser.l.si vxorem.vnde distinguendum est de illa quæ tacuit,aut erat emancipata,aut sui iuris bene poterit loqui, & intelligitur consentire.& supra præiudicat & in emancipato loquitur lex quæ pro hoc adducitur,& optimè facit lex,quòd qui tacet,consentire videtur. ff. de pignori.si fideiussor. §.pater.Si in patria potestate,non habetur pro consentiente:quia non debuit contradicere imò erubesceretur.de bonis quæ lib.cùm oportet. & hoc dicit expresè authen.de nupt.§.si mulier.non creditur

ditur qui voluntatem patris vel domini sequitur, vt ff. de regu. iur. l. velle. non creditur. Sed dices, nónne hic erat in potestate, si tacet, consentit. Dicendum quòd est casus alius penitus ab eodé quo nostra fuit proposita quæstio. †Dicitur in fine hu- 2
ius tituli, quòd in casibus pater cogitur emancipare filium vel filiam: vt si malè tractet, vel si filiæ imponat necessitatem peccandi, & ideo dico, & si filio & aliis casibus, qui hic tanguntur in glossa. Sed tunc quæritur, vtrum in iisdem casibus si filius malè tractet patrem, vel patri imponat necessitatem peccandi, an filius cogetur emancipari: quia inuitus non emancipetur. vt in auth. quibus modis nat. effi. sui. §. generaliter. Sic nec inuitus emácipat: Dicendum quod non: & ratio quare cogitur pater emancipare in prædictis casibus est illa: quia non expedit filio quòd sit in potestate patris: sed pater non esse in potestate filij. vnde de similibus ad similia non est procedendum. Item pœna est patris emancipare: quia amittit ius patriæ potestatis. Idem propter delictum cogitur emancipare: sed emancipari non est filio pœna, sed libertas; ideo non cogitur emancipari propter delictum suum: quia hoc esset sibi commodum, & quis non debet consequi commodum de eodem quo pœnam meretur. ff. de neg. gest. si in hæreditaria. in fi. & ff. de interdic. & releg. l. relegator. ad fi. vnde propter delictum non meretur emancipari imò si esset emancipatus propter delictum suum reduceretur in patria potestate. C. de na. libe. l. ista. sed Alex. consuluit patri: quia veniet coram iudice, & talem sententiam quam

vellet

vellet pater, ferret iudex contra filium. C. de pat. pot. l. si filius,

De tutelis. Rubrica.

1 *Tutelarum tria sunt genera, testamentaria, legitima & datiua.*

2 *Tutela differt à patria potestate.*

3 *Tutor ratione officij debet habere sumptus si quidem facit alios quàm domi.*

4 *Nemo viuit ex vento.*

Expensas quas debeat habere actor ratione contumaciæ rei.

1 TRanseamus. †Est autem tutela hic, quia diffinitur tutela, & non diuiditur. tria genera tutelarum, testamentaria, legitima, & datiua. Ad hoc dicit Placentinus quod hic diffinitur & diuitur tutela. Diffinitur autem vsque ad verba illa, data iure ciuili, &c. Et tangitur diuisio tutelę, data ciuili iure. & per hoc tangitur legitima quæ datur à l. j. de le. ag. tu. in prin. ac permissa, scilicet à lege, vel à testatore, & sic tangitur testamentaria & datiua, quia à lege permittitur testatori & iudici dari tutores, vt in §. permissum. Dominus Azo dicit quòd diffinitur hic, sed non diuiditur. & hoc dicebat ideo quod imperator hic à principio diffinitionis vsque ad finem etiam illius verbis inclusis data ciuili. Item sine aliqua pensatione & separatione procedit, quod non esset, si diuidere intenderet. Dominus meus dicit quod potest sustineri & Placẽtinus, quod hic simul diffinitio bene approbatur apud

apud Logicos. Sequitur in diffinitione, Tutela est vis atque potestas. Dicit glo. quòd vis ponatur pro adiectiuo, & pro tanto dicitur violenta potestas: quia inuito datur. Sed dic aliter & latius, vt per Guarneriũ in l.j.ff.eod. tutor & inuitus datur, vt ff. de tu. & cu. datis ab his. l. illud. & l. necnõ. & bene dico quòd datur inuitus tutor, nisi legitimã haberet excusationẽ, vt ĩ. de exc. tu. per totũ. Sequitur in diffinitione, Ad tuendũ eum, &c. & sic tutela est ad tuitionẽ, & sic ad cõmodũ & vtilitatẽ pupilli, & per hoc colligitur differẽtia inter tutelã & patriã potestatẽ. † Nam patria potestas est ad cõmodũ patris 2
quòd apparet patri acquirit. ff. de acq. hęre. l. placet. tutor est ad cõmodũ pupilli, vt dictũ est. Sequitur in diffinitione, Qui propter ætatẽ &c. Hic colligitur alia differentia inter eos qui sunt in tutela, & eos qui sunt in patria potestate: nam qui sunt in tutela, liberantur propter tutelã, vt quãdo facti sunt adulti, vt ĩ. quib. mo. finitur tu. in prin. Nã qui sunt in patria potestate, etiã si haberẽt mille annos, non liberantur, nisi mors patris, vel emancipatio, vel alius modus exeundi de potestate interueniret, de quibus dictum est suprà, quibus mod. ius pat. pot. sol. per totum. † Sequitur in diffinitione, In capite libero &c. glo. hic signata allegat hic. l. vnam. ff. 3
de tut. & cur. da. ab his. l. si impuberi. cui legi aliæ duæ sunt contrariæ, quas allegat. leges istas ita distingue, aut seruus qui vult cogere hæredem est seruus hæredis, & tunc non potest cogere: & sic loquitur illa lex ff. ad Trebellianum. l. cogi. §. si seruo. aut ille seruus est seruus hæreditatis, & tunc disting

diſtingue:aut eſt ſibi libertas & hæreditas relicta ab vna perſona tantùm:quia fuit vnus ſolus hæres inſtitutus qui rogatus fuit per fideicommiſſ.hære. reſtituere iſti ſeruo,& ipſum manumittere: & hoc caſu poteſt cogere hęredem vt hęreditatem adeat, & eam ſibi reſtituat,& libertatem præſtet.& ſic loquitur lex.ff.ad Trebellianum.l.nudum.§.nomen. aut eſt ſeruo libertas & hęreditas relicta à duobus qui duo ſunt hæredes inſtituti,& vnus eſt rogatus reſtituere hæreditatem,& alius pręſtare libertatē, & tūc diſtinguitur aut portiones eorum ad vnum eorum redeunt,quo caſu factæ ſunt vnius,& tūc ille ad quem ante porrigitur à ſeruo adire hæreditatem,& vltimo aut relicta eſt ſeruo à duobus hæredibus hæreditas & libertas,nec vnius hæredis portio ad alium redit caſu venturum poteſt cogere vt adeat,ſic loquitur lex.ff.ad Trebellianū.l.ſi res aliena.§.ſeruus.Aut ſibi relicta eſt hæreditas & libertas à duobus quorum vnus eſt hæres, alius legatarius & tūc ipſe.l.apud Iulia.§.vltimo & eodē titu. l.non eſt cogendus.Caio. tunc quæritur an tutor debeat ſuſtētari de bonis pupilli? Videtur ꝙ nō.ff. ecōtra videtur quòd imò.nam ſicut ferre teſtimonium eſt onus,ita tutela eſt onus. Teſtes ſumptus ſuos habent à producente,quare & tutor à pupillo.Item quia nemini officium ſuum debet eſſe dānoſum.ff.quemad.teſta.ape.l.ſi quis.& ex quib.cau. maio.l.videlicet.& quòd teſtes habent ſumptus à producente dicit.l.C.de teſti.l.quoniā liberi.Dicūt igitur quòd ita eſt in tutore qui habet expenſas.& intelligūt hîc doctores de expēſis in itinere factis.

arg.l.ff.man.l.idémque igitur.idē Labeo.ibi, ſed ſi aduerturos.†Sed ego dico ꝙ in omnibus habenda 3
eſt ratio ſumptuū,vnde ſi ſolus expēdit,ſiue tutor, ſiue teſtes,ratione officij inſpiciendū eſt.& facit ad hoc.ff.famil.erci.l. ex parte.in prin. & intellige ꝙ ſumptus habebit tutor, ſi quidē facit alios, quàm domi faceret.Nam ſumptus quos faceret etiā ſi nō haberet tutelā illi bene deducūtur,nec ad illos tenetur pupillus.nā domi oportet eū expēdere†quia 4
nemo viuit vento.C.de ali.pupil. præſtan.l.vlti.& propter hoc quātum domi expender,tantū minus habebit de bonis pupilli ratione expēſarū.& ita dicerē in actore qui ratione cōtumaciæ rei ponit expēſas,vt quātū domi expēdiſſet,tātū deducat de cōdemnatione ar.ff.de peti.hære.l.ſed ſi.§.quòd autē quis.niſi eſſet talis perſona quæ ex opera ſua lucrata eſſet domi,vt quia erat foſſanus, vel carpētari⁹, vel alia perſona quæ operis ſuis lucratur vitā ſuā: per hoc ar.ff.ad exhiben.l.ſed ſi hæreditas.§.j.& ar. ff.fami.er.ex parte.in principio.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt. Rubrica.

Dari autem. Hic vides quòd titulus cōtinuat ſe ad rubricā.Sequitur ergo ſed & ſeruus proprius. In iſto.§.dicitur ꝙ aliquis ſeruum ſuum proprium ſine libertate in teſtamento ſuo dare tutorem poteſt.Nō intelligas quòd expreſsè dicat teſtator vt det eum

ſin e

ſine libertate: quia tunc non coniecturaremus tacitam libertatem cum incertis non certis locus ſit coniecturis. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. ſed intellige quòd dat ſimpliciter ſeruum ſuum propriũ tutorem nec expreſſe ei libertatẽ, & hoc fauor eſt liberorum. Item ex quo dat eum tutorẽ, & omnia dare præſumitur ſine quibus tutela explicari non poteſt arg. ff. de iuriſ. om. l. ij. ff. de procu. l. 1 ad rem. & l. ad legatum.

Seruus autem. Vbi dicitur ſeruus alienus purè non poteſt dari tutor, ſub conditione tali, ſcilicet ſi liber erit, bene datur. Sed pone, teſtator in teſtamento ſuo purè dedit ſeruum alienum tutorem filio ſuo impuberi, quid ſi erit datus, valebit ne? Dicit dominus meus quod ſic: quia intelligitur conditio, ſi liber erit. argu. infra eodem. tit. §. furioſus. Sed ſi purè daret eum tutorem, ita quòd non exprimeret ſe velle quòd non intelligatur tunc vtiliter dare, & ſic intelligitur quòd loquitur iſte. §. Vult igitur. §. iſte ꝙ ſi detur tutor ſeruus alienus, ſub iſta conditione ſi liber erit datur vltima. Et eſt ratio glo. quia per hoc quòd teſtator
2 dat ſeruum alienum tutorem ſi liber erit, videtur rogare hęredem vt emat, & manumittat. ff. de teſta. tu. l. ſi hæreditas. §. fin. Dominus meus addit aliam rationem: quia conditio quam quis inſerit legato, veriſimile eſt quòd velit eam implere. vnde cùm teſtator dat eum tutorem cùm liber erit, videtur velle quòd eum velit manumitti, vt ff. de manumiſ. teſta. l. ſi quis locuples.

1 *Actus legitimi conditionem non recipiunt.*

Proprius autem seruus. Ibi dicitur quòd seruus proprius eodem modo datus,inutiliter datus erat. Illud nebulum eodẽ modo exponit glo.& primam opinionẽ seu expositionẽ approbat. Dominus Iacob.approbat secundã videlicet quòd tutelę datio sit vtilis,sed adiectio inutilis,& pro nõ adiecta habetur,& infra secũdum cum modus dãdi est vtilis, sed datio inutilis.Nunc aduerte qualiter gl.improbat primam opinionem seu expositionem:† Nam plures dicuntur qui non intelligunt,actus legitimi nõ recipiunt conditionem:sed tutelæ datio est actus legitimus:ergo &c.ff.de reg.iur.l.actus legitimi.Sed adhuc illud ar.nõ concludit propositũ.nã verum est quòd tutela quæ datur à iudice non accipit cõditionẽ,testamentaria sic.vnde testator bene potest dare tutorem sub cõditione,vt infrà pro xi.§.& s̃.eodẽ tit.§.seruus alienus.& ideo ita habet probari.Sicut iudex nullo casu potest dare tutorẽ sub conditione,& si det quocũque casu,non valet tutoris datio:sic testator non potest dare tutorem cõditionaliter in casu de quo loquitur,scilicet sub conditione ista,cùm liber erit:ergo si det sub ista conditione sibi prohibita,erit idem quod in qualibet conditione prohibita seu nõ permissa iudicis: quia quod iure fit de toto quo ad totum,idem esse debet de parte quo ad partem.vt ff.de rei ven.quæ de tota. 1

Furiosus. Habens ar.vt s̃.dixi:quia si seruus alienus detur tutor simpliciter non adiecta hac conditione cùm liber erit,tamen intelligitur.

Certa autem. Dominus meus intelligit quod gl. dicit

dicit quòd vniuersitati rerum bene datur: verum est secundum quòd se extendit iurisdictio dantis etiam si non esset nisi vna res in sua iurisdictione.

1 *Nomine filij si propriè sumatur, non continentur nepotes, secus si impropriè, & quando.*

Quòd si nepotes. Ibi dicitur ꝙ nomine filiorum cōtinētur & nepotes vt ff. de verbo. sig. l. liberorū.

1 †Ad istud cōtrarium ista soluit glo. quòd nomen filij, si propriè sumatur, cōtinet nepotes: quia filius dicitur à philos, quod est amor, & nepos et quilibet alius qui paterna affectione diligitur, nomine filij* cōtinetur. sic loquitur. l. cōtraria. Si autē nomē filij impropriè sumatur, tunc nomine filij, & vnde dicatur filius, nō cōtinetur nepos, sed soli filij, sicut loquitur hîc. Tu debes dicere totū econtrario quòd filij appellatione si sumatur ꝓpriè, nō cōtinētur nepotes: si impropriè continentur & nepotes. nā si propter hoc quòd fili⁹ dicitur à Philos quod est amor, intelligimus quod nō est dicēdum. vnde alio modo soluit dominus meus per quādam glo. Roglerij quę est. ff. de tutel. l. tutela. & dicit illa glo sella quòd distinctio liberorum & filiorū nō cadit in idiotā. Per eam voluit dicere Roglerius quòd idiota appellat omnes filios suos, non adhibita distinctione nepotū ad filios: sed peritus bene distinguit inter nepotes & filios. Vnde cùm dicitur hîc quòd filiorum appellatione nepotes nō cōtinētur, verum est quòd filij appellantur à peritis. Et quòd dicitur in l. cōtraria, quia appellatione filiorū nepotes intelligantur, potest esse verum si appellantur filij ab idiota, quod ei nō imputatur si significa-

*Nomine filij. Adde ꝙ nomine filiorū venit nepos, quando testator nepotē tractabat vt filium secundū Bar. in l. alimēta. ff. de ali. & ciba. leg. Et ꝙ nepotes non cōtineantur nomine filiorū, vide per eundem in l. sed & milites. ff. de excu. tut. Itē nū quid filiorū appellatione in testamentis veniāt ipsi nepotes, &

tu verborũ propriè vtat. vt ff. de ven. inspi. l. edictũ. dominus meus recitabat hîc, ꝙ audiuerat à quodã domino suo ꝙ ita soluebat, ꝙ si habeat nepotes & filios, tunc nomine filiorũ nõ intelliguntur nepotes: quia singuli suã proprietatẽ requirũt. ĩ. quibus mo. tu. infir. §. alio. Alij dicũt quod est generale quòd appellatione filiorum nepotes continentur. fallit in casu propter patrem & duram separationem. ff. de fun. instru. & instrumentoq; le. l. quæsitum. §. lanificus.

quid si filius & nepos ex filio pręmortuo extiterint, & quid si mortis testatoris tempore cõcepti nõ erant, nũquid cõprehẽdi habeãt? vide no. Alexandrum in consil. xxvj. incip. Videretur in iij. vo. per totũ consi. De materia vide do. Iasonẽ in l. quæ delegato. ff. de le. j. & in l. filiusfa. §. diui. in ij. lect. ff. eo.

De legitima agnatorũ tutela. Rub.

1 *Agnati qui dicantur.*

2 *Mater non est agnata filio.*

QVibus autem. Sunt autem agnati. &c. Ibi dicitur ꝙ agnati sunt illi qui per virilis sexus cognationem sunt cõiuncti. Sed opponitur, frater aliâs pater tuus habet fratrem vterinũ, iste frater nec tibi nec patri tuo erit agnatus. vt C. de legi. hære. l. vlt. §. sed nec. & tamẽ est tibi cognatus & fratri tuo per virilẽ sexum per patrẽ, sed filij duorum fratrum qui duo fratres sunt sibi cõiuncti per patrem cõmunẽ sunt agnati, sed filij duorum fratrũ vterinorum nõ sunt inuicem agnati sed cognati: & ideo si aliquo respectu sit fœmina tantũ in medio agnationis cognatio, & ideo ad hoc quòd sit agnatio oportet quòd cum respectu sit virilis sexus. † Vnde dico quòd mater tua non est tibi agnata quia per seipsam tibi adiungitur. ĩ. ad Tertu. circa prin. 2

1 *Agnatio est nomen iuris ciuilis.*

Agn

Agnati habent à iure ciuili quandam prærogatiuam vt præferantur cognatis & quibus.

2 *Masculi & fœminæ æqualiter admittũtur in successione.*

Masculos & mulieres quantum ad successionet qui impares iudicat, accusator naturæ est.

3 *Cognationis ius est inductũ quadã ratione naturali.*

4 *Multa impediunt incipienda quæ non impediunt iam consummata.*

5 *Curatores legitimos habere duæ personæ tantum inueniuntur, scilicet prodigus & furiosus.*

1 *Vlterius.* †Sed agnationis quidem ius &c. Ibi dicitur quòd agnatio, est nomen iuris, & dic nomen iuris ciuilis. nam ante ius ciuile cùm omnes essent cognati, ius ciuile attendens maiorem dignitatem in masculis, quàm in fœminis, eis dedit quandam prærogatiuam vt præferrẽtur cognatis in hæreditatibus & tutelis: & sic quodammodo hæc agnatio fuit inuenta contra natura

2 lem rationem. nam dicit. l. quod. † Qui mulieres & masculos quantum ad successionẽ impares iudicat, accusator naturæ est. C. de lib. præte. l. maximũ vitium. & ideo cum sit aduentitium nomen de iure ciuili, non est mirum si per ius illud amittat: sed ius cognationis est inductum quadam ratione naturali. nam paritus & agnati & cognati iure illo vocabantur: quia omnes cognati vocabantur, & per hoc cum sit ius naturale non tollitur ita citò per ciuilem rationem. Sed contra naturam cognati habent successionem: & omnis successio est de iure ciuili per legem illam. §. obue-

nire:ergo malè dicit cognationē nō esse de iure ciuili.Dicēdū q & si cognati habeāt successionē de iure ciuili,nō pro tāto dicitur cognatio esse iuris ciuilis : quia ius ciuile nō tātā prærogatiuā dat cognatis,quātā dat agnatis:sicut dicitur in pœnis versari:non quia versetur in pœnis sed ꝓrogatio dicit in pœnis nō vsurarij,quia in eis nō tantū iure versatur sicut in stipulationibꝰ.ff.de pœnis.si vnus.§. partus.Dicas ergo quòd illud quod habent agnati de iure ciuili.s.prærogatiua sua est cōtra naturalē rationē,sed cognati habent per ius ciuile sequitur naturalē æquitatē.Sed in fi.huius.§.dicit glo.quòd tutelæ deferendæ tollūtur per minimam capitis diminutionem sed delatæ non tollūtur arg.C.de testa.iubemus.Item dicit gl.in hære.idē tenet Io.Fab. & latiùs vt per eū hic:quia hæreditates relatę & cognitæ per capitis diminutionem nō tolluntur, sed deferēdæ sic.vt C.vnde liberi.l.vlti.Sed & deferendæ impediuntur per minimā capitis diminutionē quod probatur.ī.qui.mo.tu.fi.in §.finitur.vbi dicitur quòd per minimā capitis diminutionē finitur tutela.ergo fuerat intētata.Et si quæras quę est causa diuersitatis tutelæ & hæreditatis ratio est in prōptu.nam hæreditas vnico actu impletur seu agnoscitur,ita quòd actus futurus nō est necessarius:tutela non impletur vno actu,sed succesiuè.nam sicut hodie gerit quis tutelam cras etiam geret, & sic deinceps.ergo si ea nondum finita,geret donec finiatur à summo generale. † Nunc multa impediunt incipienda,quæ non impediunt iam consum- 4
mata.

mata, vt ff.de mino.l. Aemilius.ff.ex quib. cau.in poſ.ea.apud Iul.Sed tutela cum adimpleatur ſucceſsiuè non eſt conſummata,ſed conſumanda eueniat capitis diminutione:futurum proceſſum impedire poterit,licet in hæreditate iam adita impedire non poterit:quia nihil eſt ibi futurum quod per capitis diminutioné valeat impediri.Pone,q̃ritur quare coniuncti deſcendũt ad hæreditaté.ff.de libe.& poſth.l.in ſuis.& quæritur ius dedit tantã poteſtatem patri quòd poſsit exhæredare filios,relicta quarta,& dic qualiter eſſe patris reſeruetur in filio. Dicit litera,eſt & alia tutela,gloſ.exponit id eſt alio nomine vocata. Sed certè meli⁹ diceret, ſi diceret alia ratione vocata cũ hic ſit penitus diuerſa à præcedenti,& alia ratione inuenta ſeu introducta.nam prima ex verbis & mẽte ſenatuſconſulti Tertul.data eſt,iſta nec ex mente,nec ex verbis,vt infrà videbis:ergo non eſt exponendum,eſt & alia tutela id eſt,alio nomine vocata:quia ſic inuenit,& eſſet alia tutela cũ præcedenti ſed nomina eſſent ſynonima,q̃d nõ eſt verũ.Sequitur in litera, Vel deinceps impuberes manumiſerit.Sed ſi eſſent puberes,nunquid eſſet eorũ curator legitimus?Re
5 ſpondeo,non. †Nam iure non inueniũtur niſi duæ pſonæ qui habẽt curatores legitimos,ſcilicet prodigus &furioſus,vt ĩ.de cu.fu.§.furioſus eſt de epi.audi.de curationibus.Et ſic dico ꝙ cũ iſti non ſint de illis perſonis,nõ habebunt patrem legitimũ curatorem.Sed contra eſt authen.ij qui obli.ſe.perhi.§.j.ſed dic quòd ibi loquitur extenſiuè de curatore,hic loquitur propriè de curatore.

ſui,habes.C.de excep.l.aduerſus.glo.inducit hic legem illam per contraria: ſed debet dici quòd ibi manſit in poteſtate, hic non,vt ĩ.de ſucce. lib.j. re-
2 ſpon.& ĩ.de legi.agna.tu.†Et antequã vlterius progrediar,vnde originẽ traxerit eſt dicendũ ꝙ fuit reperta in illa lege xij.tabu.nã in ea cauebatur ꝙ patronus vocetur ad hæreditatẽ liberti.Iſta ergo ratione quia vocabatur ad hæreditatem,voluerunt iuriſcõſulti ꝙ deferretur ei tutela liberti.Iſta ergo ratione q̃a vocabatur ad hæreditatẽ patet,vnde habuit originẽ tutela liberti:ergo patet vnde habuit originẽ,vel qua ratione fuerit introducta:propter hoc enim dicitur magis legitima,quàm ea quæ defertur parentibus.& ideo dicit ſuprà de legi.agna. tut.dicit litera ex eadem.l.&c. & infrà de leg.pat. tut.Dicit litera exemplo patronorum.nã iſta quæ defertur patronis fuit ratio tutelæ delatæ parentibus.nam cum iuriſconſulti viderunt quòd ſenatuſconſultum vocabant patrem ad hæreditatem filij impuberis quem emancipauerat, viſum fuit eis, & meritò,vt ei deferrent tutelam legitimam, quæ vocatur legitima parentum tutela: & iſta minus legitima eſt quàm præcedens, vt iſta probantur. ff.ad Tertullianum.l.ſecunda §. obiicitur.
3 †Fiduciaria autem tutela fratris inuenta eſt:quia cum iuriſconſulti viderunt quòd fratres non vocabantur ad ſuccesſionem patris emancipati aliquo de iure ciuili, nec oculum habebant ad ius prætorium,per hoc haberet frater bonorum posſesſionem.vnde cognati in bonis fratris emancipati non reperierunt cauſam aliquam cur deferretur

mortuo,ſicut erat in poteſtate aui auo viuẽte. Hic dicit in glo. dominus Azo ꝙ nõ eſt ſimile de patrono & de eius filio reſpectu tutelæ nepotis. nam qđ dicitur ꝙ libertus ſi nõ fuiſſet manumiſſus à patrono mortuo,eſſet in poteſtate filij patroni,ſicut erat in poteſtate patroni: verũ eſt ꝙ hæres eſt,& fili⁹ hæres & defunctus idẽ ſunt. ergo bene infertur ꝙ patroni filius patrono mortuo poteſtatẽ haberet in liberto,ſi non fuiſſet manumiſſus,eandẽ quã & patronus habebat,& hoc iure hæreditario,non iure proprio tutelã habet eo facto liberto,quã patronus habebat in caſu propoſito,etiã ſi dicatur quòd auo mortuo nepos ſuus nõdũ emãcipatus recaſurus ſit in filij patríſque ſui poteſtatẽ:& ſic eandem poteſtatẽ habet pater in eũ,quã habebat auus: eam tamẽ nõ habet iure hæreditario,ſed iure proprio. dato ꝙ filius idẽque nunquã eſſet hæres patris ſui ſcilicet aui,tamen filiũ ſuũ eundémq; nepotem in poteſtate ſua habet. vnde multa habet filius ratione qua filius,licet nõ ſit hæres patris, vt ff. fami. er. ſi maritus. in fi. ergo iſtam poteſtatẽ habet iure ſuo proprio, vt ff. famil. erc. ſi maritus. ſi ergo iure ſuo proprio habet,ergo quantum ad hoc nulla eſt vnitas vel idẽtitas inter eum & patrem ſuum: non eſt igitur ratio quare dicamus auo mortuo filium aui eundémque patrem nepotis habere eandem tutelam ſcilicet ipſius nepotis,quam habebat & auus, cùm aui patrui non repręſentet in poteſtate nepotis filij quia ſui quam haberet auo mortuo, ſi nepos nondum fuiſſet emancipatus ab auo,& ſic ceſſat hic vnitas quæ reperitur in caſu de patrono & filio.

nouam quæ eſt in authent.de hære.quæ ab inteſta. defe.§.ex his.& ad argu.eorum qui dicunt iſtum
3 titulum eſſe correctum, † reſpondeo quòd etiam hodie frater eſt legitimus tutor fratris ſui impuberis.nam lex duodecim tabularum defert tutelam omnibus agnatis, ſed quamuis iure iſto per emancipationem tollatur agnatio,tamen iure nouiſsimo emancipatus in nullo differret ab eo qui ſemper fuit in poteſtate: ergo debent ipſi cum.l. duodecim tabu.differat omnibus agnatis,& emancipationis obſtaculum tollatur per ius nouiſsimum.quòd pater ſit tutor legitimus ex.l.duodecim tabu. filij ſui impuberis emancipati.Ad quod reſpondeo quòd cum.l.duodecim tabul.dixit deferri tutelam proximioribus agnatis, & emancipatus pro agnato reputetur, non tamen.l. antiquæ, prima l. duodecim tabularum attribut.eſt, quod ſic probatur.pone quidam habet filium in poteſtate, planum eſt quòd per legem filius debet ſuccedere.pone quòd captus ſit pater ab hoſtibus. hæc lex Cornelia fingit ipſum eſſe mortuum prima hora captiuitatis, & hoc eſt dicere quòd fingit eum mortuum liberum: nam niſi hoc fingeret, & captus penes hoſtes decederet non poſſet hæres eſſe: quia ſeruus. Fingit ergo l. Cornelia ipſum mortuum eſſe liberum: dicemúſne hoc caſu filium ſuccedere per legem aliam quæ vult vt filius ſit hæres patris liberati, an dicemus ipſum ſuccedere per fictionem legis Corne.quæ remouet obſtaculũ ſeruitutis?& eſt [illegible] dicen

dicendum quòd legi Corneliç aſcribatur,non legi alij.Sic dicemus caſu propoſito quia licet.l.xij.tab. deferat tutelam & ius iſtud agnatis,cum emancipatus ei non eſſet agnatus,licet pro agnato habeatur per ius nouiſsimum non eſt aſſentiendum legi antiquæ xij.tab.ſed communi nouiſsimæ quæ remouet obſtaculũ emãcipationis:ergo apparet per prędicta ꝙ frater maior non erit tutor legitimus fratris impuberis emãcipati:quia tutela legitima per legem xij.tab.defertur ſi per legẽ illam non defert ei,vt probatũ eſt,& hoc proba.ar.l.ff.de vulg.& pupi.ſub.l.lex cer.ff.de bo.poſ.l.iij.§.eius.& quòd nec per conſtitutionẽ nouam in authen.de hæred.ab inteſt.d.§.Ex his corrigitur iſte titulus.ego probo. nã titulus iſte defert tutelam agnatis & cognatis, & ſic loquitur generaliter:& ideo nõ videtur ſe referre ad iſtum ſpecialem tractatum.argu.legis qua cauetur quòd vbi porrigitur generalis clauſula, non videtur ſe referre ad ea de quibus ſpecialiter eſt tractatum,vt ff.de verbo.oblig.doli cauſula.ff. de pœnis,ſacro.legum. Vnde dicendũ quòd ſalua reuerentia contradicentiũ quòd iſte titulus neceſſarius eſt,ſed ſi nõ eſſet poſitus,bene dico quod nõ eſſet neceſſarium vt nõ poneretur,cùm ſatis eſſet prouiſum per conſtitutionem prædictam. Sciendũ ꝙ tutela agnatorum ex verbis legis xij.tab.inducitur,quia nominatim vt ſ.de le.agna.ſucceſ.& ff.eo. l.j.Item ex ratione quia ad ſucceſsionem vocat ĩ. de leg.agna.ſuc.l.ſed tutela patronorum nõ inducitur ex verbis quia nõ nominatim,vt ſ.de leg.patro.tu.ſed ex ratione ſic quam de ſuc.ſui.Reſpon.

eſt

eſt alia quæ valet ex verbis.xij.tabu.neque ex mēte quia.l.xij.tab.non vocat ad ſucceſ.filij emancipati patrem, licet lex alia ciuilis vocet,ſcilicet ſenatuſ. con.Tertu.ff.ad ſenatuſ.con.Tertu.l.ij.§.obiicitur, vnde in legitimis dicitur tam legitima quàm patronorum fiduciaria.nullo modo dicitur legitima qa nulla.l.ciuilis nec.l.xij.tab.nec alia ciuili vocabatur frater ad ſucceſsionem emancipati,licet hodie ſic.vt C.de hære.l.vlti.§.ſed nec.& eſt de leg.tuto.l.iiij.vnde poſſet dici legitima ex illa.l.ſed nec ex.l.xij.tab.

De Attiliano tutore. Rubrica.

1 *Tutelæ teſtamentariæ quando locus ſit,& quando expiret tutela datiua, & deſinat eſſe tutor qui datus eſt à iudice.*

2 *Conditio quæ ex neceſsitate intelligitur ſi exprimatur non facit conditionale legatum.*

3 *Iudex qui aliorum facta complet & corrigit, debet eſſe completus & irreprehenſibilis.*

S*I cui nullus.*Dicit litera,& maiorem partē tribunorum.& exponit gl.ibi de duobus:quia tantùm erant tres tribuni, & duo ſunt maior pars trium. allegant ad hoc l.C.de offi.præto.l.ij.ſed lex illa loquitur de numero prætorum qui erāt tres,& ideo duo erāt maior pars:ſed nos loquimur de numero tribunorum plebis.dicitur quòd lex illa nihil facit ad expoſitionem iſtam, cùm non ſequitur, duo ſunt maior pars in numero prætorum, ergo duo ſunt maior pars in numero tribunorum.ſequitur,His

legibus tutor dari potuit.& hic datur dicit gl.intelligas gl.sic quod omnes verè dantur in his dubiis casibus qui in litera tanguntur,sed non ex illis legibus Attilia,Iulia,Titia,quia recessum est ab eis,sed l.alia hîc allegata:ff.de testa.tut.l.si quis sub condi. seu ver.q sinebat &c. si côditio existeret aut dies venitet.† & ideo dicit glo.quòd hîc datur tutor à 1
iudice tacitè sub côditione:posset dici tutor vt habuimus.¶. eodem titu.§.licet in testamento.& sic secũdũ gl:posset hic notari,expressa nocent,nõ expressa nõ nocent.sed certè ego dico quod illud notabile non potest extrahi:quia ego,dicerem quòd si nõ expressisset iudex conditionem,tutor qui est in testamento datus interim ea pendente à iudice intelligitur esse datus quousque côditio in testamento adiecta extiterit:quia ea extante locus est testamentariæ tutelæ.& per consequens expirat tutela datiua,& desinit esse tutor qui datus est à iudice, vt vidistis suprà,proxi.in prin.titu.super vocabulo illo. nullus ergo hic vides quòd necessarius facit hanc conditionem intelligi, ergo si exprimatur non facit tutelam conditionalem:† quia conditio * quæ 2
ex necessitate intelligitur si exprimatur non facit côditionale legatum.ff.de leg.ij.l.si ita scripsisset:& ff.de condi.& demon.l.j.ad finem.& l.conditiones.Nam necessitas legem non habet.ff.de offi. proconsu.lege prima.aliàs enim si in casu vbi non est talis necessitas poneretur conditio tacita vel expressa in tutela datiua,non valeret tutelę datio, sic intelligo.ff.de iur.in l.actus legitimi.His ita visis vnum restat quærere,an posit dari tutor in testa mento

* Conditio quæ ex necessitate. Adde do.Iasonẽ quem videas omnino in l. hęc verba in ij. col. circa princi. ff. de leg.j.

ſtamento ſub conditione,& non poſsit dari à iudice ſub conditione. Ad quod dicendum, & ſuppone primò quòd in tutelis ſeruatur ordo, primò eſt locus teſtamentariæ, ſecundò legitimæ, tertiò datiuæ. vnde ſi teſtamentaria quæ primum locum habet ſit minus plena propter adiectionem conditionis, poteſt compleri per iudicem, qui interim ea pendente dabit tutorem vt hîc dicitur, at in datiua ſecus eſt. neceſſaria datur vltimo & ſi minus plene daretur propter adiectionem vtilis conditionis non eſſet per quem poſſet compleri. Et eſt ratio: quia ſi minus plenè daretur à iudice non cō-
3 pleretur per alium. quia† Iudex qui aliorum facta complet & corrigit debet eſſe completus & irreprehenſibilis. arg. in authen. de ſanc. epiſ. §. j. & ff. de eden. ſi quis ex argentariis. §. vlti. Sed hoc iure vtimur ibi, vel magiſtratus iuſſu prę ſidis debes ſcire quòd ea quæ ſunt miſti imperij non delegantur regulariter: ſed fallit hîc fauore pupillorum. Et intelligo quòd fallit hîc in terminis hîc contentis, vbi ille qui delegatur eſt iudex ordinarius. Itē vbi ſunt paruæ pupilli facultates. vnde dico quòd tutelę datio quæ eſt aliàs regulariter miſti, delegatur. ſed inquantum delegatur, non retinet naturam miſti imperij. Sequitur, Poſt pubertatem tutelæ &c. glo. ſuper iſto vocabulo poſita, & glo. poſita. ff. de tutel. & ra. diſ. adinuicem ſibi contrariantur quod hîc dicit glo. quòd actio de rationibus diſtrahendis quæ datur contra tutorem hæc actio in duplo ſiue doloſè ſiue non adminiſtrauerit, dum tamen male quę iure minorum.

De autoritate tutorum & curatorum. Rubrica.

1 *Pupillus habens tutorem si sine eius autoritate contrahat neque naturaliter obligatur, neque ciuiliter.*
2 *Adultus curatorem habens si contrahat sine eius autoritate, neque ciuiliter neque naturaliter obligatur.*
- *Prodigus contrahens sine autoritate curatoris sui, neque ciuiliter neque naturaliter obligatur. Et quid de furioso.*

AVtoritas. Hîc habes principium huius tituli, quòd pupilli non possunt promittere sine tutoris autoritate. Sed pone quòd cum tutoris autoritate promittat pupillus causa donationis, nunquid talis promissio pupillum obligat? videtur quòd non; quia qui donat, videtur perdere. C. de admi. tu. l. non enim. ff. de dona. l. filius factam. Sequitur in litera, Ipsi quidem qui cum his contrahunt, obligantur: adinuicem pupilli non obligantur. Sed est ne verum quòd pupilli sine tutoris autoritate non obligantur aliqua obligatione? Dicunt quidam quòd imò obligantur naturaliter. inducunt. ff. de dona. l. prima. †Sed certè ego dico quòd pupillus habens tutorem si sine eius autoritate cõtrahat, neque naturaliter obligatur, neque ciuiliter. & hoc per istã literam: quia dicitur hîc generaliter quòd pupilli non obligantur: ergo generaliter est intelligendum. ff. de pub. l. de pretio. ff. de offic. præsidis. l. ij. In casu isto planum est quod nihil iuris est contractus ex parte pupilli: sed non diceremus pupil-
lum

lum maiorem infantem obligari, naturaliter posset contractus valere in casu excepto vel per compensationem. nam ista sunt de efficacia naturalis
2 obligationis: quare non est dicendum quòd cōtractus iste alio modo valeat, imò plus dico. †quòd si adultus curatorem habens sine autoritate eius cōtrahat, quòd neque ciuiliter neq; naturaliter obligaretur. quod probo. nam furiosus de in integrū restitu. mi. l. si curatorem. §. furioso. & prodigus nō obligantur. & solu. licet sibi sit bonis interdictum non naturaliter, tamen est interdictum eo modo quo furioso. sed vtrum principale secundum Bart. in dicta. l. in fine. ff. de noua. quod patet ex eo quòd eorum obligationi non accedit fideiussor, qui bene accedit naturali obligationi vt hîc probatur. ff. de verbo. obliga. l. is cui bonis. ergo cum adultus sine curatore contrahens asimiletur istis prædictis per se, constat quòd non erat obligatus nec naturaliter nec ciuiliter contrahere. ff. de verborum obligatione. l. puberis.

1 *Pupillus obligat aliū, nō aūt ipse obligatur, & quādo.*

1 *Neque tamen* Hæreditatem adire: quia adultus pupillus contra tutorem agit durante tutela. hanc distinctio. sequitur & refert haberi. &c. de pupillo. Hîc opponitur quòd in negotiis vltro citróque obligatoriis pupillus obligat alium: non autem ipse obligatur: sed cùm hæreditas sit vltro citróque obligatori, quare non dicimus sic etiam in aliis negotiis, vltro citróque obligatoriis. §. proximi: dicitur, scilicet vt pupillus posit adire sine tutoris autoritate, & debitores hæreditarios

ſibi obligare poſsit:ipſe tamẽ nõ obligatur. Ratio nõ eſt ſimilis hoc caſu & in caſu vbi pupillus cõtrahit cũ alio:nã in aliis negotiis vltro citróque obligatoriis pupillus meritò obligat ſe cũ contrahente ſine tutore:ipſe tamen non obligatur. & eſt ratio:quia in hoc quod contrahit cum pupillo non grauatur:quia ſi pupillus agat contra eum, ſuccurreret ipſi coniuncto per exceptionem contra pupillum, ſubmouendo eum, niſi ex parte ſua velit adimplere contractum vt ff. de contrahen. emp. l. ſi id quod. in fi. & in caſu propoſito. Ad actionem pupillo factam ſine tutoris autoritate per debitores hæreditarios ipſi pupillo, non ſubueniretur eis per exceptionem, ſicut in caſu alio:nam debitores ipſi non poſſent excipere contra eum, dicẽdo quòd ipſe ſatiſfaciat creditoribus hæreditariis:cum debitorum non interſit pupillum ſeruare fidem aliis. & ideo etiam non reperietur hic æquitas exceptionis quæ reperitur in alio caſu. non eſt dicendum hîc, vt in caſu alio.

1 *Tutor in ipſo contractu debet autoritatem interponere & præſens debet eſſe.* 1

2 *Tutor præſens cum pupillo bene poteſt dirigere epiſtolam ad contrahentem, ſecus ſi non eſſet præſens, & mitteret epiſtolam.*

Tutor. Ibi dicitur quòd tutor debet præſtare autoritatem pupillo ſtatim in ipſo contractu, & præſens debet eſſe. vnde ſi non ſtatim, ſed ex interuallo, per magnum interuallum, vel non præſens eſſet, ſed mitteret epiſtolam, * non valeret quod ageretur à pupillo, & videtur præſumptialiter pu

* Mittere & epiſtolã Adde ſi præſens præſentẽ interrogaret per epiſtolam, & ille per epiſtolam reſpõderet abſque alia expreſſione verborũ non cõtraheretur ſtipulatio valida ſecundũ Bal. in l. j. ff. de verbo. ob. Bar. in l. Titius per illũ tex. iũcta gl. & ibi cre. in prin. ff. de conſti. pecu. refert & ſequitur d. Ia. in d. l. j. ff. in princ. ff. de verb. obl.

pupillum contrahere quia oculorum inspectio
2 certior est.j.de gradibus.§.hactenus.†sic tutor præ
sens cum pupillo bene potest dirigere epistolam
ad contrahentem.vt ff.eod.l.obligari.§.fi.

1 *Tutor non potest autorizari pupillo si sit lis inter eos, sed dabitur curator qui autoritatem interponet pupillo, & quando.*

2 *Pupillus quando possit agere contra tutorem durante tutela.*

3 *Et quid in curatore.*

Si inter tutorem. Vbi dicitur quòd si inter tutorem & pupillum sit lis, quo ad iudicium discepţandi tunc tutor non authorizabit: quia autor non debet esse in sua causa, sed dabitur curator qui autoritatem præstabit pupillo qui contra suum tutorem actum seu iudicium exercebit, sed de qua actione loquitur hæc glo.de quo iudicio quia glosator hic.& ff.de tutel.ra.distahen.l. sed non dantur.contra dicit sibi apertissimè.vndè
2 ita distinguas. † aut vult agere pupillus contra tutorem suum durante tutela,& habet causam vetustiorem tutela:quia contraxerat tutor cum patre pupilli: vel pater pupilli ei mutuaverat forte de tali: verum est quòd exercebit contra tutorem per curatorem durante tutela quæ habebat causam vetustiorem.& sic loquitur iste. §. & hoc est verum, quando vnus erat tutor.Si autem sint plures tutores ,tunc nō dabitur curator : sed vnus autorizabit contra alium.ff.de testament.tutela.l.si plures.Si aũt actio illa nō habet causam vetustiorē

tutela, tunc distinguitur: quia aut vult agere pupillus tutelæ actionem contra tutorem durante tutela, & non potest: quia non nascitur nisi finita tutela. vt ff. de tut. & ra. distr. lege, si tutor reipublicæ. & lege, nisi finita. Si autem sit alia actio quàm tutelæ, vt furti: quia aliquid subripuit pupillo, bene nascitur actio durante tutela, sed nullo modo intentatur donec sumpta sit tutela. vt ff. de tutel. & ra. dist. sed non datur. †Quid in curatore? Alius tractatus habet locum: quia aut loquitur de illa quæ habet causam vetustiorem: & in illa tenēdum est quod in tutore dictū est, quòd intentari potest durāte cura. & est distinguēdū, an sit vnus curator, vel plures: aut dicitur de actione quę nō habet causam vetustiorem cura. & tūc aut quęritur de actione negotiorum gestorū quę nascitur ex cura. vtilis. vt est de neg. gest. l. curatoris. Aut de alia, fortè quia curator commisit furtum adulto vel mutuauit adultus curatoris. sed de alia. Aut est vnus curator, vel plures. Si vnus, dandus est curator ad litem. Si plures, aget contra alium autorizāte alio. sic intelligo. l. ff. de admi. tu. cum curatorem. Si de actione negotiorum quæritur, aut quæritur de ea generaliter intētāda, vt reddatur ratio gestionis totius & generaliter: sed si vt reddatur ratio vnius, tunc dandus est curator ad litem cum quo exercebitur actio negotiorum gestorum. ff. rempu. sal. fore. l. non quasi. §. in hac. C. de admi. tuto. l. aduersus & l. rationes. Et hîc aduertas quia gl. hîc est malè intellecta. 3

Qui

Quibus modis tutela finitur. Rub.

1 *Tutela legitima an finiatur ipso iure, vel vtrum durent reliquiæ primæ tutelæ, multum differt.*

P*Vpilli* pupillæque &c. Tutela finitur si pupillus ab hostibus captus fuerit. Dicitur ibi quòd tutela finitur si pupillus captus fuit ab hostibus: sed hoc casu nõ tollitur ipso iure: quia si redeat pupillus, recuperatur tutela.
1 †Vnde not. quòd multũ differt vtrũ tutela legitima finiatur ipso iure, vel vtrũ durent reliquię primæ tutelæ, quia primo casu quãdo finit̃ tutela legitima ipso iure vt morte tutoris, locus est sequenti legetimo. Secundo casu quando non ipso iure, locus est datiuo, scilicet quando non iure finitur tutela, sed remanerẽt reliquię primæ tutelæ cõditione. Vnde si quis datus sit tutor ad tempus, videtur ꝙ adueniente illo tempore non sit finita tutela ipso iure: quia tempus non est modus tollẽdi obligationem ipso iure, sed per exceptionem. ff. de actio. & obli. l. obligationum fere. §. plene. ergo nec tutela. Et hoc multùm prodest scire, vtrum finiatur tutela vel nõ, ipso iure, sed remaneãt reliquiæ primæ tutelę: quia (vt dictum est) primo casu est locus sequenti legitimo: secundo casu debet dari tutor à iudice. Sed dicendum est quòd imo adueniente tempore ex quo datus est tutor ad tempus, ipso iure finitur tutela: quia bene inuenitur quo tempore finitur tutelá, scilicet tempore xij. annorum in fœmina, & tẽpore xiiij. in masculo, sed non sic inuenitur in obligatione, ꝙ tollatur ipso iure.

1 *Tutela legitima qualiter finiatur, & quando.*
2 *Tutela legitima non finitur minima capitis diminutione.*

Minima. Ibi dicitur quòd minima capitis dimi-nutione tutoris: vt si tutor erat sui iuris, & dedit se ei in arrogationem, tutela † finitur, scilicet legiti- 1 ma. dicit glo. sed minima capi. di. impuberis, scilicet filij famil. legitima tutela nõ finitur: quia filiusfami. legitimus tutor esse non potest: quia proximior vocatur ad legitimam tutelam, & filiusfami. proximior esse non potest: quia ipsum antecedit pater nisi in casu. dicit glo. vt si sit aliquis filiusfamil. mortua matre quæ habebat plures seruos, manumittit seruum maternum impuberem delatum sibi ex hæreditate materna, datur ei legitima tutela illius serui impuberis manumissi, ex lege xij. tabu. tanquam patrono, vt s. de legi. pa. tut. Et si emancipetur à tempore finitur. Sed dicas quòd illud exemplum est impertinens, & est falsum. Impertinens est: quia hic loquitur de legitima tutela, quæ defertur ex verbis & mente legis, scilicet iuris agnationis, vt suprà, de legitim. agnat. tut. Illud exemplum est de tutela quæ solum defertur ex mente legis duodecim tabu. sed non ex verbis, vt suprà, de leg. pat. tut. Et si dicatur emancipatus est etiam agnatus de iure ciuili, vt infrà de exhæreda. liber. §. emancipat. ergo per emancipationem filij finitur ista tutela. Dicendum est quòd hic est fallacia accidentis dicendo quòd filius emancipatus in cognatis, est de iure ciuili, ratione qua filius, sed non ratione qua patronus defertur sibi tute

tutela liberti: ideo non finitur ista tutela legitima minima capitis diminutione. vnde in isto arg. est tale pactum sicut ibi tu cognoscis coriscum caristas est nominis. ergo &c.
2 †Item quòd dicitur in isto. §. quòd minima capitis diminutio tutoris tollit tantum legitimam quæ est causa qua quæritur tantum. Ista ratio est quia legitima tutela defertur alicui quia agnatus quia talis: sed per minimam capitis diminutionem tollitur agnatio. ergo &c. Per ista iura soluitur illa dubitatio, aliquis secundum decretales nouas non est delegatus, nisi sit in dignitate, vel nisi sit prębendatus: vnde delegatur ei causa quia talis, scilicet præbēdatus. Pone igitur quòd priuetur præbenda, vel resignet, certè expiret sua interdictio. casus est istius. §. quia sibi delegata causa talis, cessante causa cessat effectus vt C. de epis. & cleri. l. generaliter. ff. de pact. l. quod edictum.

De curatoribus. Rubrica.

1 *Prodigo & furioso & mente capto datur curator inuitis.*

2 *Curator surdo vel muto non datur non petenti vel volenti.*

Curator ad lites surdo & muto inuitis sicut adolescenti an dari possit.

M*Asculi.* Item inuiti. Hic dicitur quòd adolescentes inuiti curatores non accipiunt præterquam ad litem. dicit gl. sed pupillus inui

inuitus curatorem habere non cogitur. Contrarium dicit s. de autoritate tu.§.vltimo, super illo verbo, vt olim.&c. Vnde dicas pupillus vel adultus aut vult agere etiam nõ dabitur sibi inuito curator, sed repelletur si non petat sibi dari tanquam minus idonea persona, vt l.est qui legitimam per. standi in iudicio habent. si cõtrariatur pupillus vel adolescens, si pupillus sit infans non dabitur curator ad lit. ff. de tute. l. qui habet. §. si pupillus. Sed habet duo remedia qui vult eum conuenire: quia infans citari non potest, si citetur, nõ valet ipso iure, vt ff. de in ius vocan. l. quamquam. Sed potest actor petere à iudice vt ei det tutorem, vt C. qui pe. tu. l. quia. alia via est, citabuntur agnati de quibus verisimile est quòd defenderetur, etsi comparet aliquis ad pupillum defendum, bene quidem: si nullus comparet, fiet missio in bonis defuncti & procederet ad vendicat. si ex contractu defuncti contrariatur hic per duas. ll. ff. ex quibus cau. in posses. eatur. l. hoc autem in pupillo. l. apud Iulia. Sed si pupillus non vult non datur ei inuito curator ad lites, vt ff. de tutel. l. qui habet, supra si pupillus, sequens. §. videtur contradicere, scilicet quod cogatur habere cura. detur ei inuito. cõcordant doctores quòd non datur inuito: quia compellere nõ potest hunc & illum, nec aliquem, nec facio differentiam de pupillo maiore infante vel adolescente: quia citabitur vt veniat accepturus curatorem. ff. de admi. tu. l. iij. §. vltimo. & j. de satisda. §. vltimo. quia quomodo compellerentur nisi citarentur in ius quod detur eis inuitis? tunc antecedit vt ceden

tur

1 tur alias quia citatus eſt. † Sed nunc quæritur, prodigo & furioſo * & mente capto detúrne curator inuitus? Dico quòd ſic: quia non ſpectatur velle eorum, quia velle non poſſunt argu. ff. ſolu. mat. l. ij. §.
2 vltimo. † Sed ſurdo vel muto non datur nō petenti vel volenti, ſed nunquid ad lites datur ſurdo & muto cur. inuitis ſicut adoleſcenti? Dicendum quòd non: quia iſti ſi ſunt adulti procuratorem habere poſſunt, adoleſcens non, vt ff. de petitionibus inuitis.

De excuſationibus tutorum vel curatorùm. Rubrica.

1 *Abſentes cauſa reipublicæ excuſantur à tutela noua.*
2 *Abſuturus dicitur quis dupliciter.*
Et qualiter prouideatur pupillo abſente tutore cauſa reipublicæ.
3 *Abſens cauſa reipublicæ longa abſentia habet excuſationem ſi ſit legatio in remota legatione, ſed non ſi in proxima.*

E*Xcuſantur*. Item qui accuſari non poſ-
1 ſunt. † Vbi dicitur quòd qui abſunt cauſa reipublicæ excuſantur à tutela ſcilicet noua. nam dicit gl. abſunt vel abſuturi ſunt, vt ff. de procura. l. filiusfam. dicas
2 abſuturi, ſcilicet in breui. † Vnde abſuturus quis dicitur dupliciter, abſuturus vnomodo eſt in veritate, abſuturus eſt quia neceſſe eſt ei quòd infra an

* Prodigo & furioſo. Adde ꝙ prodigus cui datus fuit curator, ſi rediit ad ſanos mores deſinit habere curatorē, ſi eſt manifeſtū: aliter requiritur factū iudicis. Ita Bar. ī l. is cui bonis interdictum. ff. de verbo. ob. & nūquid curator dat' prodigo qui nō eſt valeat, vide per eūdē ī d. l. is cui bonis, & ꝙ prodigo & furioſo detur curator ignoranter tenet idē Bart. in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tut. Adde not. do. Iaſo. in d. l. is cui bonis. vbi determinat nū quid prodigus interdi-

ctus bonis si redeat ad sanos mores, ipso iure efficiatur habilis, & solutus ab īterdicto: vel requiratur declaratoria iudicis vide per eū vbi plura de materia.

annum arripiat iter, & talis non parat se ad eundum, vel si parat se, hoc est à longe est absuturus proximè qui colligit sarcinulas & quærit equos, & similia necessaria ad proficiscēdum absuturus. Isto primo modo pro absente habetur, vt ff. ex qui. cau. maio. absente manumittentur. Et idem dicas quòd in verbo absuturus, secundo modo nō excusat se interim à tutela quam habet, sed vt prouideatur pupillo suo interim de aliquo tutore qui administrabit cū se absentasset. vnde cū aliquis mittitur ad aliquam prouinciam regendam, si delegauit aliquem antequam sit in prouincia sibi decreta facta delegatio non valet, donec ibi fuerit vt ff. de officio proconsul. & leg. l. obseruare. §. vltimo. sic dico, quidam absuturus primo si se excusauit interim non valet excusatio, sed tunc sumit vires cùm incipit abesse. † Item scias quòd absens causa rei- 3
pub. longa absentia habet vocationem si sit legatio in remota legatione, sed non si in proxima, vt C. de leg. cum marina.

1 *Inimicitiæ aut sunt leues aut capitales, & quæ sint.*
Inimicitiæ quæ sint quæ excusant à tutela.

Inimicitiæ. Scias quòd inimicitiæ aut sunt leues aut capitales. Si sunt leues, siue ante testamentum siue post interueniant, non excusant à testamentaria tutela, nec ab aliqua alia: quia leuis iniuria non reuocat legatum nec ab aliqua tutela. ff. de admi. tu. l. iij. ad fi. si graues vt capitales & tunc aut interueniunt ante testamentum aut post, si post testamentū interueniāt si ante testamentū tātū cum postea est in testamento datus tutor iste non recusa

cusauit quia & videntur reconciliare,& hoc nisi faciat hic testator vt grauet tutorem quia,videbat quòd erat tutor multis negotiis impeditus,vnde volebat eum pluribus implicare,vt ff.eo.l.athletę. & hoc intellige si inimicitiæ ortæ sunt culpa tutoris,si vero ex culpa testatoris,non potest remittere quia offensi est pœnitere,non offendentis.ff.eo. athletæ.§.dat remissionem.quando iudex dat non est locus coniecturationi remissionis,ideo semper non excusat.

Item si quis. Intellige status simpliciter siue specialiter petierit ipsum in seruum siue in libertum suum,quia istæ dicuntur quæstiones status. ⁊. de actio.§.præiudicialis.quia legem quam alleg.glo. ff.quod me.cau.l.isti quidem sol.loquitur de seruitute.

1 *Excusatur à tutela maior septuaginta annis.*

2 *Excusatur à testimonio senex,& quomodò intelligatur.*

Item maior. Septuaginta annis,&c. Ibi dicitur ꝙ
1 † qui habet septuaginta annos potest se excusare à tutela. dicit gloss.quòd in aliis vt personali munere publico vt quòd aliquis iudex asserat quòd habet sexaginta annos excusat se. Sed quale sufficit ibi minus tempus, quàm hic. Dicendum est quòd maior labor est, & plus habet facere qui ius reddit, quia plures habet in sua iurisdictione quibus debet ius dicere: sed qui habet tutelam non habet tot regere, ideo minus tempus sufficit hic,quàm ibi, per istam rationem soluitur
2 questio talis,† & l.ꝙ senex excusatur à testimonio,

quomo

quomodo intelligas tūc ſenex?Certè intelligo qui habet ſeptuaginta annos non ille qui habet ſexaginta tantū:quia ad hoc minor labor eſt in vno teſtimonio ferendo,quā in vna tutela adminiſtranda.Ratio quia vbi qs minus habet facere amplius tempus ad excuſationem requiritur:ideo ſexaginta non ſufficiunt vt à teſtimònio ſe excuſet ſed exiguntur ſeptuaginta.

Idem & in milite. Ibi dicit glo.quòd clerici vſque ad quartum gradum admittuntur ad tutelam. Leges quas adducit hic glo.non loquuntur de quarto gradu,nec inuenies leges quæ hoc dicunt. Ideo dominus meus dicit quòd dicit hic de quarto gradu intelligebat quòd bresbyter tutelā legitimam poteſt habere quæ ſibi iure agnationis defertur, ſed non teſtamētariam vel datiuam,vt in authen. de ſanct.epiſcopis.§.Deo autem amabiles, & §.presbyteros.quam autoritatem habes de epiſcopis & clericis.authen.presbyteros.quod igitur hæc dicit hic gloſ.quòd clerici poſſunt habere tutelam iure agnationis vſque ad quartum gradum, ſic oſtenditur. Monachi non habent conuerſationem in terram,ſed clerici ſic, vſque ad quartum gradum:vnde poſſunt clerici legare de rebus ſuis quę ſibi obuenerunt iure hæreditario à ſuis parentibus vſque ad quartum gradum ſibi contingentibus,vt in authen.de eccle.titu.§.interdicimus vnde ſicut eſt inſtitutus in relictis legatis vſque ad quartum gradum, ſic etiam in tutela,vnde niſi ſic intelligas per ſimile impoſsibile eſt intelligere gloſ. iſtam.

Libell

1 *Libellus qualiter debeat formari ab eo qui se excusat à tutela.*
2 *Clausula non se adstringens ad omnia & singula, &c. an aliquid operetur.*
3 *Tutor datus quòd à datione non appellat, sed excusat se, quid differt. Et quid differt appellare & excusare.*
4 *Decretum interponitur in datione tutelæ.*
5 *Appellat regulariter nominatus ad publica munera, & quando.*
6 *Exceptiones an debeant fieri in scriptis.*

1 *Qui autem vult.* Hic dicitur, † quòd qui habet plures excusationes, id est, plures causas per quas possit se excusare, quæ nominatæ sunt à principio huius tituli vsque nunc, si in vna proposita succubuerit, petit aliam proponi inter tempora instituta, quidam poterit aliam proponere si in illa quam proposuit succubuit, vel non fuit amissa. j. responsiones simul proponeret. Sed cōtra: quia aut tu intelligeres quòd sequitur in litera, si succubuit potest aliam proponere intra tempora statuta, sed finita non sunt tempora statuta proponendi excusationes, & hoc est falsum, cum omnes fuerunt propositæ. Aut expone intra tempora statuta in modo finita tempora exercendæ excusationis, si illa non currit quando excusat se, quia l. dicit querela debet terminari intra quinquennium. porrigitur, quòd qui habet querelam accusatur de falso. interim non currit tempus exercendæ querelæ vt C. de inoffi. testa. l. contra maiores. ergo similiter erit hic. quare dicas quòd non oportet omnes

proponere,sed si vnam proponat,& in ea succumbat,id est,non admittatur,poterit aliam proponere intra tempora, scilicet procedendi excusationes quæ sunt quinquaginta dies,vt j.proxi.nō supponas exercendæ quæ sunt quatuor menses, vt ff. eo.tit.l.quinquaginta. ad l. ff. de excus. tut. l. scire oportet.§.stare autem oportet.ibi dicitur quòd si multas causas habet remissionis,id est multas causas propter quas debeat remitti onus tutelæ,debet omnes proponere:vel si omnes non proposuit, similis est ei qui se non excusauit.Verum est quo ad non nominatas,tamen quia oportet quòd eas proponat,sed sic intra tempus proponendę excusationis quæ sunt quinquaginta dies, vt hic dicitur. 2 †Quæritur dato quòd proponat omnes & non ponit in libello suo non astringens se ad omnia & singula probanda,si succumbat in vna, an potest recurrere ad aliam? Dicendum est quòd sic, vnde ex abundanti apponitur illa clausula in libellis non astringens se ad omnia &c. sicut multæ sunt protestationes ex abundanti. Item hic dicitur quòd si aliquis fuerit datus tutor,non appellat,sed excusat se,vnde ab illa datione non appellatur, scilicet proposita excusatione, cum habeat quatuor menses ad exercendam excusationem, sed statim cũ requiritur tutor proponit, sed si feratur sententia in hac causa contra excusationem propositam bene potest appellari,vt ff.de appel.l. cùm in vna. 3 §.tutor.†Sed à datione frustra appellatur, intelligo frustra,ex non abundanti,sed ipso iure j.quando app. sit.l.j.§. si quis tutor. Sed tunc quæritur,

Quid

Quid differt quòd datus tutor à datione non appellat,ſed excuſat ſe? Quid differt appellare & excuſare? Dicendum quòd qui appellat conqueritur de iniquitate iudicis: vnde non cognoſcet plus ille iudex. Sed quando excuſat ſe,non conqueritur de iniquitate iudicis: ideo ille idem cognoſcet. & quòd alius iudex agnoſcat de appel. habes. C. de appel. l. eos qui. & quòd in excuſatione idem habes. ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. ſcire. Item eſt alia differentia, quia ſi appellaret, decem dies haberet ad appellandum. C. de appel. authen. ſed hodie. ſed ad excuſandum habet quinquaginta dies, vt hic & ff. eod. l. quinquaginta. in prin. Item dicit glo. ſi aliquis datus fuerit tutor, à datione non appellatur, in aliis muneribus publicis appellatur à datione. Quæritur quæ eſt cauſa diuerſitatis? Quidam dicunt quòd in datione aliorum publicorum munerum interponitur decretum, vt C. de appellation. l. nominationes: ideo quia decretum ſententia mutatur, & à ſententia appellatur: ideo in aliis muneribus publicis à datione appellatur, ſed in datione tutelæ non interponitur decretum, ideo &c.
4 † Dicendum quòd falſum eſt, imò interponitur decretum. ff. de confirmando tutore. l. naturale. ſed illa ſolutio poſsit hic habere dolorem, quia in aliis muneribus ſit plena deliberatio, & publico conſilio conuocato, vt probatur. C de appellation. l. nominationes. Et ideo quia cum tanta deliberatione & inquiſitione ſit à ſententia, C. de iudi. l. iudices. ideo ſicut à ſententia apellatur, ſic à datione alio-

rum numerum: sed quando datur tutor, nulla fit inquisitio, vnde sicut interlocutoria sine inquisitione datur, sic & tutor: ideo sicut ab interlocutoria non appellatur, vt C. de app. apertissimi. sic nec à datione tutelæ: tamen dicas quòd in his aliis fit plena deliberatio & inquisitio, vt dictum est per l. C. de appel. l. nominationes. Et ideo si dantur, & habeant causam qua non deberent dari, tamen data sunt, & iniquitas eorum per superiorem corrigenda est. ff. de appel. l. j. & hoc fit per appellationem, & ideo &c. Sed quando dátur tutor, fit inquisitio vel deliberatio: ideo non debet conqueri de iniquitate iudicis: & ideo non appellatur, sed habet locum remedium excusationis. Sed quæritur, Quare in eis non fit tunc tacita inquisitio & deliberatio sicut in aliis? Dicendum quòd ibi tantum nõ est periculum in regimine seu iurisdictione hominum vnius regionis quàm in regimine vnius pupilli, & bonorũ eius. † Item nota quòd nominatus ad publica munera, regulariter appellat. Fallit in tutore, vnde non appellat, sed proponit excusationẽ, & in hoc priuilegiati sunt veterani. vnde durius est remedium appellationis, quàm excusationis: hoc est quod probatur. C. quan. prouoca. non est neces. l. veteranus. Item dicitur quòd ad proponendum excusationem, dantur quinquaginta dies: sed ad diffiniendam excusationem dantur quatuor menses: vt ff. eo. l. quinquaginta. Et dic quòd tempus quinquaginta dierum, & tempus quatuor mensium incipit currere non à tempore nominationis seu dationis, sed à tempore scientiæ,

tiæ. Et quod dicit lex illa quinquaginta. tempus quatuor mensium currere à tempore nominationis subaudi, & scientiæ, quod dicit glo. quòd causa ista, scilicet excusationis potest durare parum vltra duos menses imò per quatuor menses: sed hoc intellige, sed in fine quinquaginta dierum inchoata sit, qui computantur à tempore quo sciuit se datum, vt dictum est, tunc quæritur hic in litera qui excusare se volunt non appellant si intra quinquaginta dies super illo verbo, quinquaginta dies est glos. signata. & in fine dicitur quòd cùm aliquis se excusat, debet se excusare in libello. Ideo quærebat hic dominus meus cùm actio debeat offerri in libello. vt C. de lit. conte. authen. offeratur. cùm exceptiones sint arma reorum, sicut actiones actorum, sicut accusationes accusatorum, proponitur exceptio in libello, & certè excusatio est exceptio, & hoc proponitur. In hoc voluit dicere quidam per decretalem illam, quoniam contra falsam, quę dicit omnia acta redigi in scriptis. Sed certè. l. hic dicit & de appel. ad causas. & l. ne cum proconsulibus. vnde dicunt quòd exceptio habet fieri in scri

6 ptis. † Sed certè hoc non probant ipsi: quia licet illa decretalis, & l. hic allegata dicant omnia acta debere redigi in scriptis, si arguatur, ergo debet proponi & probari. Illud argumentum non concluderet: ideo per illa iura non habetur quòd exceptiones in scriptis ponantur. Istud quæsitum non soluit dominus meus.

Si verò vltra centesimum lapidem. Hic in fine istius §. est vna glos. quę incipit. Caueas ne fallaris,

Et reputatur iste §. difficillis. & dominus meus dicit, quicunque dicit, quòd hic est difficultas, est asinus: quia nō est ita facilis. §. in toto libro, sicut iste. Sed quia ibi dicitur in gl. Caueas ne fallaris, credūt quòd ibi sit difficultas maxima. Est igitur intentio glo. & illius. §. qui datus est tutor moretur seu habitat in ciuitate illa in qua datus est tutor, ad sui excusationem proponendam habet quinquaginta dies. Si autem habitet vltra centesimum lapidem pro quibuslibet xx. miliaribus habet vnū diem, & vltra hoc xxx. dies. Ponatur igitur, ꝙ ipse habitat per x. dietas. ȷ̃. quòd pro quibuslibet. xx. miliaribus datur vna dies vltra centesimum lapidem, pro illis x. dietis habet x. dies. Item si computes alia centum miliaria quæ sunt à centesimo vsque ad ciuitatem habebit. x. dies, & sic v. & x. faciunt xv. habet enim xxx. dies, & sic xlv. sed ille qui est in ciuitate vel inter centesimum lapidem habet dies quinquaginta. & sic plus habebit ille qui est propinquior, quàm qui est remotior: quod est iniquum. Istam opinionem tollit litera quæ dicit Scæuola qui habitat vltrà centesimum lapidem pro quibuslibet xx. miliaribus quibus vltra habitat habet vnā dié, & vltra hoc habet triginta dies: ita tamen quòd si computata vna die pro quibuslibet viginti miliaribus quibus habitat vltra centesimum lapidem, pro triginta diebus sibi adiectis non habeat quinquaginta dies sibi suppleatur ex potestate. l. & sic non minus habebit qui est vltra centesimum lapidem quàm ille qui est intra vel qui est in ciuitate, & hoc est quod dicit litera, qui tamen vt Scęuola. Sed

dicas

dicas quòd eadem iniquitas remanet: nónne eadem ratione ponere retenta si habitet qui datus est tutor vltra centesimum lapidem,& sic xv. cum additione triginta dierum,& sic sunt tantum quadragintaquinque dies vt habeant quinquaginta dies, tamen remotior est per decem dietas, quàm ille qui habitat vltra vel intra centesimum lapidem vel per xv.ab illo qui habitat in ciuitate,& tamen illi similiter habent quinquaginta dies: & sic tantum tempus habet ille qui est propinquior, quantum ille qui est remotior. Dicendum quòd licet hoc sit verum,tamen vnusquisque habet tempus tantum quod sibi sufficit:vnde similis oppositio hic illi potest opponi quæ sit in Euangelio:quia tantum datum fuit tardè venienti seu sero venienti,sicut manè venienti,vnde si lex daret maius tempus quòd plus distat, cùm sint innumerabiles distantiæ,sed quòd plus & minus non fuit in potestate determinare tempus maius & minus, sed maiorem & minorem distantiam: ideo duobus membris fuit contenta,vt si habitet in ciuitate vel intra centum miliaria, quòd habeat quinquaginta dies ad proponendam excusationem suam:si vltra pro quibuslibet xx.miliaribus habeat vnum diem, & vltra hoc adiiciuntur xx:dies,vnde additio xxx. dierũ non proficit ei qui habitat vltra centesimũ lapidẽ,vel in ciuitate.s.ꝙ habeat plusquã quinquaginta dies data est sibi vna dies pro quibuslibet xx. miliaribus quibus distat vltra centesimũ miliare cõputatis etiam v.diebus pro eisdem miliaribus quæ sint intra centesimum lapidem,sed si per xvj.dietas

distaret vltra centesimum lapidem habet sexdecim dies. item pro centũ miliaribus vltra: sed computari debeant, quia de hoc non est. l. dicit habet v. & sic. xxj. vnum diem habet. Item adiiciuntur sibi xxx. & sic licet diem habet: & sic habet, plus vnã diẽ, quàm ille qui est vltra centesimũ lapidem vel in ciuitate: & sic manifestè vides, quòd additio triginta dierum non facit, quòd plus habeat qui habitat vltra centesimum lapidem quàm ille qui intra habitet, nisi habitet vltra per sexdecim dietas computatis quinque diebus per centum miliaria quæ sunt intra centesimum lapidem, vel si illa non computes, quia hæc lex non inuenitur, tunc oportet quòd distet vltra centesimum lapidem per viginti dietas ad minus, & parum plus: vel per sexdecim dietas: quia si pro vno miliari ex quo est vltra centesimum lapidem, habebit vnam diem, vt dicit glo. licet de hoc non sit lex, & sic computatis. xxj. diebus & xx. quæ adiiciuntur habebit diem: contra quod dictum est, quòd nisi distet, quòd vbi plus quàm per xvj. dietas vltra centesimum lapidem non habet quinquaginta dies, & ille qui est intra tantum habet, quòd hoc non sit inconueniens. Vnde in simili præscriptio debet fieri x. annis inter præsentes. xx. inter absentes, & dicunt præsentes in eadem. † Sed pone quòd duo sint in confinibus 1
duarum prouinciarum diuersarum, potest esse quòd vnus non distat per dimidiam leucam ab alio, sed vnus præscribat rem alterius, oportet quod teneat per viginti annos, si autem aliquis qui est in eadem prouincia, cum autem illorum aliquis

quis est in fine eiusdem prouinciæ, & sic fortè distat per viginti dietas, sufficit quòd teneat per decem annos ad hoc quod præscribat: & sic qui propinquior est, longiori tempore præscribit, qui remotior, minori. Sed fortè in isto exemplo est alia ratio quàm in eadem prouincia, licet sic remotior minus tempus exigitur ad præscriptionem: quia verisimile est, & est verum ad literam, quòd si non possidet rem vnius coram suo iudice, & sic infra prouinciam, scilicet sui actoris habebit citius consilium, & inueniet citius aduocatos quàm non faceret in alia prouincia quantocunque esset proxima, sibi vtile. Pone exemplum familiarius. Si volo producere testes de eadem prouincia, habeo tres menses, si de alia, sex: Si de vltra mare habeo nouem, quod possum facere leuius vel eos testes de eadem prouincia intra tres menses, vel eos qui sunt vltra mare infra nouem menses? & certè leuius esset mihi producere testes in vna die de eadem prouincia, quàm in quatuor annis de vltra mare: sed propter varietatem locorum & distantiam loci non potuit limitare seu diffinire præfixa omnia tempora, sed fecit quod potuit contenta tribus. Item hic habes quòd pro quibuslibet viginti miliaribus datur vna dies: vnde istæ sunt dietæ legales. Et sic intellige decretalem quæ dicit, quòd aliquis non trahatur à fine suæ diœcesis, sed vltra duas dietas, intelligo de legalibus per literam istam, & ff. si quis cau. l. j. & hic dicit Rofredus. Tamen Bernardus dicit contrarium, quod intelligendum est de vulgaribus. Sed hoc non est ve-

runt:quia cum aliquid est lege diffinitum, non debemus nos referre ad vulgi opinionem.

1 *Tutor quando dicatur esse datus ad totum patrimonium, seu vniuersum.*

2 *Maritus potest esse procurator vxoris, sed curator non.*

Datus autem Tutor. †Hic dicitur quòd tutor dicitur esse datus ad totum patrimonium seu vniuersum, intellige si potestas tutoris ad hoc se extendat: vnde si in diuersis patrimoniis haberet pupillus diuersa patrimonia, iudex qui daret ei tutorem in vna prouincia, ille tutor datus ad illa bona quæ sunt in illa prouincia, & sub iurisdictione iudicis dantis non ad bona quæ sunt in prouincia vna & in alia iurisdictione, vt ff. de bonis aut. iudicis possi. l. cùm vnus. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Hic quæritur, si quis constituerit procuratorem suum, nec dixit in causis talibus, vel causa, sed simpliciter, constituo talem procuratorem meũ, nec causam expressit, an ad omnes causas videatur constitutus? Videtur quòd sic: quia curator datus ad litem pupillo nõ expressa causa, intelligitur datus ad omnes lites: ita procurator simpliciter constitutus non expressa causa, videtur ad vniuersas constitutus. Ad hoc facit iste. §. & ad hoc ff. de tutelis. l. qui habet. §. vltimo. Dicendum tamen quòd certa forma datur constituendo procuratorem, vt ff. de procur. l. si procuratorem. tamen dicebat dominus meus quòd etiam si hoc diceretur, nõ esset magnum inconueniens, & posset bene responderi ad legem illam, si procuratorem. †Item quare maritus

ritus potest esse procurator vxoris. C. de procu. l.maritus.sed curator non,vt C.qui.dari tut. pos.l. maritus.vnde hic non dicitur impropriè se excusare si detur curator,aliàs tutor vxori. Dicendum quòd curatoris potestas plenior est:vnde officium procuratoris contraria voluntate finitur,vt ĩ.mãda.§.mandatum. sed non tutela: vnde certi sunt modi finiendi tutelam,vt suprà,quib.mod. tut. fi. per totum.

De suspectis tutoribus vel curatoribus. Rubrica.

1 *Tutor vt suspectus quandoque remouetur à tutela sine accusatione.*

2 *Inscribens punitur ad pœnam talionis.*

3 *Patronus tutor conuictus de suspecto qualiter euitabit infamiam.*

4 *Doli expressio in sententia an faciat infamiam.*

S*Ciendum est.* In principio huius tituli dicitur quòd crimen suspecti descendit à lege xij.tab.sit legitimum.Querit glo. ex quo est legitimum crimen, nónne inscribit se qui accusabit,& non intelligas inscribere, id est, libellum offerre: quia hoc non est dubium? sed intellige inscribere,scilicet ad pœnam talionis.Arguitur quòd non:quia quandoque sine accusatione remouetur vt suspectus, vt ff. eod.l. iij. & tunc non habet locum in vij. Item qui inscribit debet puniri pœna simili, si deficiat in
1 probatione.† Qua pœna punietur tutor?est vt remoueat

moueatur à tutela: ſed accuſator tali pœna non poſſet puniri, quia tutelam nõ habet. Quam igitur accuſator talis criminis præſtabit? Dicit gloſſ. ad iſtam rationem, quòd licet non poſſet reſcribere reſpectu talis pœnæ quæ eſt remoueri à tutela, tamen aliam pœnam conſequitur tutor: quia probatur ſuſpectus, ſcilicet infamiæ, & reſpectu talis pœnæ poteſt accuſator inſcribere, ſed non reperio, verum eſt cum pœna infamię tantum quòd inſcribatur ad pœnã talionis: nam ſequeretur quòd actione iniuriarum ciuiliter intenta inſcriberetur, cùm ſit famoſum iudicium, vt ff. de his qui no. infa. l. j. §. quod eſt falſum. Item accuſator deſiſtens incidit in Turpil. † Item inſcribens punitur ad pœnam talionis. Hoc dicit glo. in §. ſuſpectis remotis. ſuper illo verbo, infamis. Primũ ſcilicet quòd incidit in Turpil. deſiſtens deficit in accuſationem ſuſpecti, ergo &c. ſed ſi inſcriptio quam hic ibi non inſcribit, dicitur hic in litera, quòd legatus proconſulis poteſt remouere ſuſpectum tutorem ſubaudi, multò fortiùs proconſul: quia non debet licere inferiori, quod non liceat ſuperiori. Sed videtur, quòd legato proconſulis non competit ius remouendi ſuſpectum tutorem, vt ff. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. ergo legatus proconſulis non excludens ſuperiores habet ipſum remouere ad formã accu. Ratio quòd licet ſolus non excludit ſuperiores à præſide, ſed ſolùm inferiores, & legatus proconſulis maior eſt præſide: quia repręſentat perſonam procõſulis. † Sequitur, quid ſi patronus? Hic dicitur quòd patronus conuictus de ſuſpecto, remouendus eſt: tamen parcitur

citur eius famę:quia non erit infamis, vt dicunt quidam. In hac opinio. est glo. quòd iudex in sententia faciet ei gratiam:quia nō exprimet causam quare ipsum remouet. Si enim diceret, remoueo te ob dolum quem commisisti, sic esset infamis, vt j. eo. §. suspectus. Sed dolum non exprimet iudex, sed
4 solùm pronuntiabit ipsum remouendum. †Sed dicendum quòd expresio doli in sententia non facit infamē, sed doli obiectio: vnde accusator petit quòd remoueatur, quia dolū cōmisit, & j. sibi obiicit dolum, doli obiectus facit, quòd posteà condemnetur, vel remoueatur, licet de dolo nihil dicatur in sentētia, erit infamis, fiet ei gratia, quia quando liberatus ita dicet, peto vt remoueatur, quia dolum commisit administrando tutelam. sed dicet iudex, ego te non audiam, & hoc casu si non est obiectus dolus, non erit infamis, & quòd doli obiectio irroget infamiam, quicquid dicatur in sententia prolata quòd dicit l. actionem de dolo intentandam contra patrem vel patronum verbis temperandam. ff. de do. l. non debet. quam etiam actionem dicemus verbis temperandam obiectu seu institutione actionis fiet sibi gratia, vel dices licet dolus exprimatur in sententia, non erit infamis, vt ff. de publi. iudi. l. vltra. licet aliâs qui condemnatur de calumnia sit infamis, vt ff. de his qui no. infa. l. j.

1 *Tutor accusatus de suspecto an sit infamis.*

Suspectus autem. Hic dicitur quòd qui non ex fide tutelam gerit, potest accusari vt suspectus, intellige non ex fide, id est, dolose. Item si culpa malè gerit, potest accusari vt suspectus, licet infamis non

sit prop

ſit,propter condemnationem ſi tutor datus qui nõ gerat poteſt accuſari,licet propter culpam poſsit peti,vt remoueatur,vt ff.eo.l.hic enim.in fine.& eſt ratio diuerſitatis,quia magis delinquit qui malè gerit:ſicut magis debet puniri qui rem vitioſam tradit,quàm qui omnino non tradit.vt ff. de actio.emp.& vendi.l.Iul. & l. ſi ſterilis.§.cum per venditorem.

1 *Tutor de leuiſsima culpa non tenetur.*
2 *Dolus & lata culpa quando ad paria procedant.*
3 *Ignoantia iuris non excuſat.*

Suſpectus autem remotus,&c.Ibi dicit glo.& bene quòd ſi obiectus fuit dolus, præſumitur remoueri ob dolum:& ſic licet in ſententia non fiat mentio de dolo,tamen eſt infamis ſi fuerit obiectum vtrunque & dolus & culpa,tunc præſumitur remotus propter culpam,non propter dolum,& allegat glo.illud generale,quòd pœnæ moliendę ſunt, vt ff.de pœ.l.interpretatione.Dominus meus allegat, quia dicit lex quòd ſi accuſo te de vi publica & priuata ,& cõdemnatus fueris ſimpliciter, deinde debet intelligi facta condemnatione pro priuata vi quæ minor eſt,non pro publica,vt ff.de pœ. ſi preſes.in fi.ĩ.iudex per iſtam glo.quòd obiectus doli facit infamiam,licet in ſententia de dolo mentio non fiat. †Dicit litera,ſi ob culpam remotus ſit nõ eſt infamis ob culpam,dicit glo.leuem,vel leuiſsimam: ſed dominus meus dicit, quòd ipſe neſcit quare dicit glo.de leuiſsima: quia tutor de culpa leuiſsima non tenetur.C,arbi.tute. l. quicquid, vt 1

intellig

intelligunt gloss. sequentes dic, id est, quòd condemnatus ob culpam latam, non est infamis, licet condemnatus ob dolum sit infamis: & licet gloss. ordin. dicat contrarium, nisi tu habeas additionem: quia dicit quòd lata culpa dolo comparatur: & ad hoc allegat plures leges, intelligas quòd dolus & lata culpa parificantur * in contractibus, nec tractatur de amissione famæ, quam vir bonus plus debet timere, quàm amissionem vitæ: vt ff. quod met. causa. l. iste quidem. dicit glo. quòd damnatus ob culpam leuem non est infamis, licet contrarium videatur ff. de his qui no. infa. l. libellorum. §. notatur etiam. vbi dicitur quòd si quis nupserit intra tempus luctus, si sciens se esse intra tempus
3 luctus, credens tamen de iure sibi licere, est infamis: & † sic ignorantia iuris non excusat: sed ignorare ius hæc est culpa leuis dicit gloss. imò est lata, & sic cùm lata culpa & dolus æquiparantur etiam quo ad infamiam secundum gloss. nisi habeas additionem si aliquis propter dolum infamatur, non est mirum quòd ignorantia iuris infamiam non remittit, cùm ille qui ius ignorat sit in culpa lata, & quod omnes sciunt vel scire debent: quia idem est scire & debere scire. ff. si cert. pet. l. quod te. ff. ad l. Aquil. l. idem iur. sed omnes tenemur iura scire, vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula C. de leg. & consti. prin. & edic. l. leges. ergo qui ignorat ius est in lata culpa, & ideo quæ nupserit intra tempus luctus, propter iuris ignorantiam, quia ignorabat iura quæ hoc prohibent, cum esset in lata culpa infamatur secundum antiquam glo. vt & dolus. non igitur

* Lata culpa [et dolus] parificantur. Adde quòd lata culpa non æquiparatur dolo in maleficiis vbi tractatur de pœna corporali & vbi tractatur de pecuniaria & lex expresse dolū requirit: secus si non requirit dolum. Bart. in l. j. ff. si quis test. lib. esse iuss. Et quomodo qs ob culpā puniatur, & quòd in maleficio lata culpa nō æquiparetur dolo vide per eundum in l. lex est cōmune. ff. de leg. Et nunquid æquiparetur dolo quo ad infamiā irrogandam per eundem in l. quod Nerua. ff. depo.

Et quid in pœnalib. an & quãdo nõ æquiparetur dolo vide d. Iaſ. in l. videamus & in l. ſi in actionib. ff. de in li. iu.

igitur eſt mirum ſi illa quæ nupſit ſit infamis. Sed certè ſi dicatur, quòd ignorare legem leuis culpa eſt, non eſt homo viuens quin ſit in culpa leui, vnde habebat dominus meus quendam domi qui dicebat ſe ignorare leges qui per facti frequentiam ſciuntur, cùm lata culpa ſit ignorare: vt ſi quis cum excommunicato participat, ſit excommunicatus: & ſicut illa, quòd mulier nubens intra tempora luctus, eſt infamis: quia illa ab omnibus ſciri debet, ignorare iura talia, eſt lata culpa: quia talia cum eſſent, vel ſciunt, vel teneantur ſcire. Alia verò quę ſciuntur per facti ſequentiam. Sed neſcio quare glo. facit illud argumentum, quòd remotus ob culpam latam infamis ſit: quia contrarium illud non eſt contrarium, nec debuit pro contrario ſignari: quia nubere intra tempus luctus, eſt facti quod ſecum trahit infamiam: niſi excuſabilis facti ignorantia interuenerit, vt in l. ſignata. pro contraria dicitur ff. de his qui notã. infamia. l. liberorum. §. nota. Sed hic loquitur de infamia, vbi vtitur tali nomine: & eſt hic minus delictum: vnde hic infamat ſententia habita diſtractione doli & culpæ: ideo ſuppoſito quòd remotus ob latam culpam ſit infamis, tamen illud contrarium non meruit ſignari pro contrario.

1 *Prælatus qui accuſatur pendente accuſatione, quando adminiſtrare poſsit.*

Si quis autem. Per iſtum. §. dicit gl. quòd prælatus qui accuſatur pendente accuſatione, adminiſtrare non debet. †Et hoc dicit ſimpliciter: ſed tu diſtingue, ꝙ ſi accuſatur de delicto commiſſo in adminiſtratione 1

ſtratione pendente accuſatione, interim non administrabit. Sic loquitur. §. videtur. ſed ſi prælatus accuſatur de alio crimine, puta de adulterio, vel homicidio, nihilominus interim adminiſtrabit: qa lex dicit hìc in tutore vt ff. de ſolu. l. calipodius. aliâs incipit quamuis. & l. reo criminis.

1 *Abſens in delictis poteſt damnari, & lite non conteſtata proceditur ad ſententiam.*

Nouiſsimè autem ſciendum eſt &c. gl. dicit quòd iſte. §. facit ad quæſtionem talem. Emi librum à te, & fuit conſummatus contractus, mihi tradidiſti librum, & tibi non dederam pretium, reperio librũ alienum, vel vitioſum; agis contra me ex vendito ad pecuniam, nolo tibi dare pecuniam, quia dico quòd liber alienus vel vitioſus eſt: & ſi non vis mihi cauere de reddendo pretio in caſu euictionis vel vitij, tunc non debeo tibi dare: ſed librum tibi reſtituere. In iſta quęſtione dicebat dominus meus aut apparet vel apparere poteſt vitium apertè, vel lis eſt de vitio; quia tu dicis librum tibi traditum vitioſum eſſe, & ego dico non vitioſum. Primo caſu dicebat quòd tenenda eſt glo. ij. caſu. l. ſi non eſt vitium eminens ꝙ appareat locum redhibitioni non eſſe, ſed pretium debet ſolui ſed cum ſatiſdatione, aliâs caueretur verbaliter vt ff. de ædi. edic. ſi venditor, vnde lex dicit ſi in limine contractus appareat controuerſia de euictione, ſatiſdandum eſt: cùm aliâs caueretur verbaliter: vnde ſi tibi vẽdidi rem, & alius incontinenti venit, & dicit, emiſti rem quæ mea eſt, ſatiſdandum eſt, vt C. de euictio. lege, poſt perfectam. Sed ſicut eſt in euictio-

ne, ita dicam in vitio. Si autem sit apertum vitium, nec est lis de eo, nó est reddenda pecunia, sed res restituenda. vt ff. vt in pos. le. l. si is à quo: duo verba omisi, suprà de quibus glo. non facit mentionem. vnum est in illo. §. sed suspecti cognitio & moriatur pendente accusatione, extinguitur cognitio suspecti, sed certè videtur quòd si appareat diffinitum esse in causa condemnationis quòd duret ratione sumptuum qui statuti sunt in causa ista accusationis. vt C. si pen. ap. mors interuenerit. lege tertia: quia ibi durat accusatio post mortem propter bona, nullo. §. si quis tutor. no. aliud quòd si quis tutor fuerit absens, nec facit sui copiam, potest vt suspectus remoueri. † Et sic quòd in delictis si quis absens est, potest damnari: & lite non contestata proceditur ad sententiam; quia hîc nón dicit quòd absens fuerit lite contest. vel non contest. nam simpliciter intelligendum est, de hac materia habes ff. de pœnis. l. absentem. 1

Explicit liber primus institutionum.

LIBER SECVNDVS.

De rerum diuiſione. Rubrica.

1 *Piſcandi ius qualiter ſibi quis acquirat, & qualiter eo priuetur.*

1 S*Vperiore.* Flumina autem omnia, & portus. In iſto §. dicitur quòd ius piſcandi eſt commune.l.publicum ratione cõmunitatis habet. Sed quærit glo. Pone quòd in diuerticulo fluminis aliquis longo tempore piſcatus eſt ſolus, alius vult piſcari, poteritne ille aliũ prohibere? dic quòd ſi alij volebant piſcari, & ipſe prohibeat eos, id eſt poſt prohibitionem longo tẽpore ſolus piſcatus eſt, dico ꝙ acquiſiuit ſibi ius piſcãdi, & alios poterit prohibere: ſed ſi occultè piſcabat in quodam diuerticulo fluminis, & ita fecit diu, nec aliquem inueniebat, imò ſolus piſcabat: quia ita contingebat de facto: tempore ſic faciendo longiſsimo non acquirent ſibi ius piſcandi, quin & alij poſſent piſcari. vnde dicit lex, ſi habuiſti domũ tuã depreſſam iuxta meã, & hoc tpe de quo nõ extat memoria, & vis eleuare, potes: ſed cũ voluiſti eleuare, prohibui, & poſt prohibitionẽ tenuiſti depreſſam lõgo tẽpore, acquiſita eſt mihi ſeruitus altiùs non tollendi: hoc eſt quod

dicit lex.C.de serui.& aqua,id est, j.& iij.Sic vides
†quòd ius piscandi tempore potest amitti, sed su- 2
perior potest me prohibere:nã nos videmus quòd
ipsi prohibent piscationes & venationes. Dicendum quòd non est de iure; sed imperator posset
prohibere,sed eodem errore quo dicunt esse superiores in terra sua, & sic imperatores non habere
superiorem,eodem errore posset hoc prohibere:&
quòd imperator possit hoc prohibere probo:quia
viam publicam populus non potest amittere non
vtendo,nec aquam potest quis ducere per viam publicam: quia fieret iniuria: sed imperator potest
concedere ductum aquæ, & sic viam quæ publica
est prohibere.vt ff.de serui.l.seruitutes.licet hoc dicat sine incommodo publico

Riparum quoque. Ibi dicitur quòd vsus riparum
& fluuius publicus est proprietas eorum quorum
prædiis adhęrent.Et hic quædã additio quòd si via
publica interuenit inter prædia & ripas fluminis.
dic adhuc idem quòd eorum est proprietas riparum quorum sunt prædia proximiora:quia via nõ
imponit hoc,sicut nec incrementum alluuionis.ff.
de acqui.rerum do.l.maritus.aliàs maritimus.Sed
quoniam similiter proprietas locorum & riparũ
maris non est eorum quorum prædiis adhærent.
glo.signata.s.eodem.tit.§.fi.& quid naturali iure
super illo verbo.& hoc p littora maris .Sed dicas
quòd parum lucratur ille cuius est proprietas ripæ fluminis, cum vsus eius sit publicus:vnde dicit lex quòd vsusfructus si perpetuus sit, alicuius
proprietas est inutilis.ff.de vsu l.iij.§.tamen.inde
quæ

quęritur cùm vſus riparũ fluminis ſit publicus & perpetuus eorũ proprietas eſt inutilis, quare ergo concedit lex? Dicendum quòd ſi ſemper alius perciperet fructus & vſuſfructus proprietas eſſet inutilis: ſed hic loquitur de certo vſu. l. nauigij: quia ibi nauigantes poſſent naues exonerare, & exſiccare retia. ſi tamen ſunt ibi fructus, vel arbores fructiferæ, licet vſus rigandi vel retia exſiccandi in illa arbore ſit publicus, tamen fructus ſunt eius cuius eſt proprietas ripæ & proprietas arboris.

1 *Differentia inter publica & communia.*

2 *Communis res illa dicitur, quæ pluribus ſe offert inter cæteras.*

3 *Portus maris an ſit publicus tantum, non communis.*

4 *Viæ an ſint publicæ, & qualiter intelligatur.*

Littorum quoque. Hic dicitur quòd vſus littorũ maris ſit publicus. Signat glo. contrarium. s. eo. §. & quidem naturali iure, vbi dicitur quòd vſus littorum maris eſt communis. Argumentum hoc ſoluebat Placentinus, quòd communia ſunt publica, & econtra, publica ſunt communia. ſed gl. reprobat Placentinum & ſoluit contrarium: quia exponit. Hic vſus littorum maris eſt publicus, id eſt, cõmunis. & ſic concordat cum. §. s. eo. & quidem naturali iure. &c. Dicas quòd opinio Placentini bona eſt, & illi qui eum reprehenderunt non intellexerunt eum. vnde vide rationem quare motus fuit Placẽtinus, & videbis ſi bene dixit vel non. † Sed videamus primò quæ eſt differentia inter publica & cõmunia. Certè in hoc differunt: quia cõmunia ſunt

omnium animantiũ.vnde hic dicit litera.§.eod.§. Quædam enim naturali iure cõmunia sunt omniũ animalium.vnde hîc debet esse in litera animaliũ, licet quidam libri nõ habeãt.Publica dicũtur,quasi populica:quia magis appropriantur hominibus. Vnde sub populo animalia nõ continẽtur.vnde publica,id est, quasi populica. vt j.de public. iudi.in prin.& certè cùm dicit litera quæ sunt publica, dicit flumina,etiam portus eorum sunt publici:ideo ius piscandi omnibus commune est.non dicit omnibus animalibus vt suprà.eo.§. flumina.Item cõmunia sunt maioris communitatis,quàm publica: vnde pluribus se offerunt,vt aër,mare,aqua de cælo profluens,littora maris:vnde approprient sibi hoc nomen commune.Sed flumina nõ tot offerũt se, sicut & mare. vnde non sunt tantæ communitatis.Vnde hoc nomen cõmune appropriant sibi res illæ quæ inter cæteras pluribus se offerunt, vt mare,aër,aqua de cælo profluens,& littora maris. Aliæ quæ non tot se offerunt, hoc nomen publicũ sibi retinuerunt.& sic vides differentiam inter cõmune & publicum.Modò veniamus ad oppositionem Placentini.Ipse dicit publica cõmunia, & cõmunia publica:videamus primò differentiam.Mare est commune omnibus animalibus, & equis, & hominibus,similiter & flumen.Dicit Placentinus.
2 †Quidam sunt vsus maris qui sunt cõmunes omnium animalium,vt liberè abluere:quidam hominum tantum,vt nauigare:sed mare in se commune est,omnibus se offert, & in nullius dominio est.& ita est(dicit ipse)de fluminibus. Flumina in se cõ-

munia

munia sunt,& omnibus se offerunt:sed quidā vsus sunt cōmunes ,& quidā publici & cōmunicant se solū hominib⁹.vnde dicit publica esse cōmunia, & cōia esse publica.Ad rōnes aliorū rñdet ꝙ dicit litera š.e.§.& quidē,ꝙ littora maris sunt cōia,& post ea dicit in isto.§.littorū &c. ꝙ eorū vsus est cōis,& publicus:& verū est,quidā.s.quòd cōpetit hominibus tantū,vt nauigare. Quæ est igitur ratio publicorū & cōmuniū,ex quo mare habet vsuscōmunes & publicos,& similiter ea, quæ publica debentur, vt littora habent vsus cōmunes & publicos?Certè iam dixi,quòd res illa quæ pluribus se offert inter cæteras cōmunis dicitur,& appropriat sibi nomen cōe:& hoc est mare:&ideo licet cōia sint publica,& publica cōia,tamen quo ad illā rē distincta sunt:& mare dicitur cōe,& flumē publicū.Itē homines magis sibi appropriāt quo ad vsum flumē,quā mare: sunt enim multæ partes maris in quibus non nauigatur,nec huiusmodi vsui animantiū plus seruient ista quatuor,mare,aer, aqua de cælo profluēs &c. quàm flumē.vnde hoc inspecto reperiūtur sub nomine cōmunis.Sed quare dicit Placentinus, quòd
3 † portus maris est publicus tantùm , non communis : vnde in omni respectu dicit ipsos esse publicos? Dicendum est quòd hoc dicit, quia portus non seruiunt hominibusvel aliis animantibus, hoc est gratia hominum , vnde portus publicus dicitur,sed falsum est. potest enim dici commune, publicum,quo ad diuersos vsus,vt suprà dictū est.
4 †Itē patet quòd cū dicitur quòd viæ sunt publicæ,

intellige quòd sunt publicæ non vnius populi, sed sicut flumen quo ad nauigatio nem omnium popu lorum: sic & viæ omnium popu lorum: vnde in via publica in partibus istis tantum habent quo ad Deum illi de Anglia, quàm illi de partibus istis: & hoc intelligo de viis in littoribus quæ ducunt de villa ad villam. Hoc dico, quia quidam qui habebat ab vtraque parte viæ fundos propriè) dictos, impetrauit à ciuitate vel à domino terræ, quòd tolleretur inde via, & alio loco daret ampliorem, sibi concessum fuit. Certè non potuit cõcedi, quia omnes tangit: & quòd omnes tangit, ab omnibus concedi debet. Vnde cùm via sit publica, non amittitur non vtendo. ff. de via publica. l. via publica. & quòd omnes tangit &c. dicitur. ff. de autoritate prę stan. l. vlti.

In communem autem locum &c. Ibi dicitur quòd in locum communem putà vnus socius non potest mortuum inferre alio inuito. vnde melior est conditio prohibẽtis. & hoc intellige si aliquis vellet vti ratione ad illum locũ ad quẽ est; non est melior conditio prohibentis: sed si velit vti ad vsum ad quem nõ est destinata tunc est melior conditio prohibẽtis. & hoc est quod probatur. ff. pro soci. l. cum duobus. §. item Mella. aliâs incipit. l. sumitur fratres an. recedit ille. §. religiosum. & super illo verbo mortuum, signatur quędam gl. Et in fi. dicitur quòd caput inferatur partibus comparibus in dominio, sed locum vẽter locus est religiosus hic allegat. l. ad hoc sicut propter illud generale quia impediunt se cõcursu. sed certè illud habet locũ ꝙ aliqua

aliqua impediunt se concursu nisi succurrenti dederint certum. Sed quãdo voluntate dominorum pro ęqualibus partibus capitur in diuersis locis infertur quòd damnum habent ipsi:ideo dico quòd vterque est religiosus ar.ad hoc.ff.de serui.rustic. prædi.l.via constitui in §.si fundus.

Item si alienus. Ibi facit gl.quæstionẽ,Pone quòd vsufructuarius consentiat proprietario vt inferat mortuum in fundo in quo habet vsum fructum,et antequam inferatur vel pars pœniteat,nihilominus poterit inferre:quia sufficit semel consensisse. Tu dic contrarium quòd si consensi vt tu inferas in fundum meum mortuum,& antequam inferas dissentio:sed si inferas non facis locũ religiosum vnde possum pœnitere,& te prohibere. Sed si pactum fuit obligatoriũ,ex quo cõsensu poteris agere contra me ex illo pacto vel agis de dolo:vnde si consensi quòd si ex fundo meo salem extraheres, antequam extraheres possum prohibere, sed post nõ:quia iam tuum est:hoc est quod probatur.ff.de dona.cũ saxum.& ff.de dolo.si cũ mihi in residuo lectionis dixit hic dominus meus ab hoc loco in institu.s̃.eo.ti.§.in locis.vbi debent dici.

1 *Thesaurus an fiat occupantis.*
2 *Iumenta in littore maris quando fiant inuentoris.*
3 *Inuentor lapilli an plus grauetur,quã inuentor thesauri.*
4 *Inter ista duo non est differentia quoad acquisitionem dominij.*

Item lapilli. Et in isto.§.determinat de modo acquirendi per occupationẽ sicut in pręcedentibus.

vnde dicit glo.signata in fin.huius.§.super illo verbo statim fiunt inuentoris.dicit glo.& bene.†Item 1
dominiũ occupat,vnde lapilli & gemmæ quæ sunt in littore maris si modo nullius sunt,fiunt occupãtis.In thesauro dicit glo.aliud est: quia thesaurus eius est qui primò aduenit,id est vidit,non eius qui primò occupauit.vnde si essent duo equitantes,& vnus primò viderit thesaurũ,tamen qui vltimò vidit si primò occuparet,nõ sibi acquireret,sed esset eius qui primò viderit secundum glo.& allegat ad hoc.j.eo.tit.§.thesauros.dicit ꝙ non est verum.vnde sicut illa quæ inueniuntur in littore maris fiunt
inuentoris per occupationẽ, † ita dices in thesau- 2
ro,ꝙ qui prius apprehenderit nõ qui prius viderit,habebit dominiũ.de pos.thesauri tamen habes ꝙ acquiritur per occupationem,vt ff.de acqui.pos. l.iij.§.necessarius.Item dicas in dominio & hic per §.qui thesauros.in illo.§.dicitur ꝙ dominiũ thesauri est eius qui apprehẽderit.vnde sub verbo inuenire,continetur & apprehendetur.C.de fideius.l.si barsatorã.dicunt illi qui sustinent glo.ꝙ ille qui inuenit thesaurum acquirit dominium sibi in apprehensione,secus in illis quæ in littore maris in-
ueniuntur. † Oportet ꝙ apprehendatur ad hoc ꝙ 3
dominium acquiratur. Reddunt rationem diuersitatis talem:Qui inuenit gemmam in littore maris,totum est suum inuenietis:sed si quis inueniat thesaurum in fundo alieno,nõ est totus suus,imo ille in cuius fundo inuenietur,habet medietatem: & sic grauatur plus inuentor thesauri,quàm lapilli: & imo plus iuuatur vt videndo solum acquirat

rat dominium thesauri:sed acquirẽdo dominium lapilli,non solum visus,sed apprehensio requiratur,& hoc per illud generale, qui in vno grauatur, in alio releuatur, vt ff.de iuregent. cum qui.
4 † Sed certe si poneres ꝙ inueniret quis thesaurum in loco qui nullius est,sicut in sittore maris,similiter esset totum inuenientis: vnde ista ratio nulla est.Item alij dicunt de hoc loqui de inquisitione dominij eorum quæ nunquã fuerunt in dominio alicuius:ideo difficilius acquirũtur,ideo exigitur apprehensio:sed thesaurus fuit in dominio alicuius: quoniam thesaurus est vnius depositio pecuniæ à tempore à quo nõ extat memoria vt ff.de acquir.re.do.l.nunquam.§.thesaurus.Hæc ratio non videtur valere:quoniam idem concluderet in derelicto,quod tamen non est,vt ĩ.§.fi.tamen nõ credo differentiam esse inter ista duo quo ad acquisitionem dominij,vt dixi.

Præterea quod per alluuionem in agro.Ibi dicitur quòd si vis fluminis vno impetu aliquam partem fundi tui in fundo alicuius portauerit, si ibi fuit diu ita quòd radices egerint arbores,quo illæ crustæ applicatæ inhærebant,vel crusta iuncta fuit terræ cui applicata est, fit illius cuius est fundus vel terræ cui applicata est, dominus tantum illius habet actionem in factum ad æstimationem. dicas quòd falsum est & lex illa quã glo.inducit.ff. de rei ven.l.si furnum tuũ.§.de arbore.loquitur de hoc qđ accrescit actu siue facto hominis,hoc de eo qđ accrescit vi fluminis:vnde cõqueriť de flumine, & sicut flumẽ sibi abstulit,ita poterit ei dare:vnde vbi

vbi emolumentum poterit esse ibi sit & onus. vnde nullam actionem habebit. ff. de acquiren. rerum domi. l. j. §. alluuio. ff. de reg. iur. secundũ naturam.

1 *Materiam alienam si aliquis specificet, illa species efficitur sua tribus concurrentibus.*

Cùm ex aliena materia. Super illo verbo facta est quędam gl. quia si aliquis specificet materiam alienam, illa species efficitur sua, tribus concurrentibus, quòd habeat bonam fidẽ qui specificat, quòd credat materiam suam esse, & quòd suo voto hoc faciat. & ꝙ materia non possit reddere ad sua vitia ex vitiis alienis & melle alieno faciat mulsum. postea quærit glo. multas rationes. † Quid si duo spe 1 cificauerint materiam alienam quæ erat tertij vt domus aliena de melle alieno fecerit mulsum, habuit bonam fidem ꝙ condebant cũ debeat materiam suam pro parte. alius malam fidem quia sciebat alienam, dicit glo. ꝙ illa species seu illud specificatum erit commune specificantis bonæ fidei & dominium eius: quia ille specificans qui malã fidẽ habebat nihil habebit. eodẽ modo soluit suã quæstionem. Pone quòd vnus solus ex diuersorum materiis specificauit, & pro vna materia habuit bonã fidem, pro alia mala. Respondeo primo respõsum est Gayus. Item qui specificauit vnus solus ex materia vnius partim habuit bonam fidem, partim habuit malam fidẽ, eodem modo respondet. Quid si vnus ex materia aliena, puta vnus ex melle alicuius fecit mulsum, & partim fecit nomine suo, & partim nomine Titij. dominus meus dicit similiter quòd tunc specificatum erit causæ specificantis

tis & domini. In ista solutione vltimæ quæstionis bene concordat dominus meus in glo. quòd istud specificatum erit causæ partim specificantis nomine suo & partim domini cuius nomine partim specificauit, & hoc intelligitur si dominus ratum habuit, sed in omnibus aliis quæstionibus præcedentibus quòd specificatum sit commune specificantis & domini, dicit dominus meus quòd falsum est, nec hoc dicunt leges quas gl. hic adducit. Quid ergo erit dicendum quòd inspiciendum est ex parte cuius magis est, & sic qualia quòd nobilius vt minus cedat maiori & ignobilibus nobiliori. & sic totum specificatum erit alterius specificantium, vt ff. de acquir. rer. domi. l. quicquid. §. vltimo. vbi minus cōcedat maiori: & sic qualia sunt quod est minoris pretij id est, nobilius ei cedat quod est maioris, & loquitur ibi informantis similiter totum est vnum per formationem.

1 *Purpura cedit vestimento, & sic quantitas antecedit dignitatem.*

2 *Numerus si reperitur æqualis in electione, recurritur ad dignitatem.*

Si tamen alienam purpuram. Ibi dicit quòd si aliquis alienam purpuram inseruit suo vestimento, purpura sit illius cuius sit vestimentum. vnde dicit litera, & qui dominus fuit purpuræ quasi dicat, modò non est ille cuius fuit purpura habet actionem furti, id est, conditionem furtiuam contra furem qui surripuit, siue ipse fecit vestimentum, siue non. Sed quæro, vtrum habet rei vendicationem? Dicit quòd sic, si ita sit quòd fur qui vestimen

ſtimento ſuo intexuit qua fur ſemper eſt in mora: etſi poſt moram res periit, nihilominus cum in mora eſt, tenetur ad rem ideo fur, etiam rei vendicatione tenetur, ſi fecit veſtimentum: Sed ſi aliâs fecit fieri, non tenetur illi rei vendicatione: vnde dominium eſt extinctum, vt ad præſens non poſsit vendicari, ſed ſi ſeparetur per actionem ad exhibendum, bene vendicabitur. Vnde melius diceretur quòd ceſſat dominium per iſtam acceſsionem quàm quòd extinctum ſit, vnde aliter dicitur obligatio ceſſans & extincta, vt ff. de verbo. oblig. inter ſtipulantis. §. ſacramenta. & ff. de ſolut. quis res. §. areã. Not. igitur diligenter quod dicit litera quòd vendicari non poteſt purpura, verũ eſt ab illo qui intexuit ſi fur eſt ille qui intexuit: quia fur ſemper eſt in mora, vt dictum eſt, & ſi periret res poſt moram nihilominus teneretur rei vendi. ſic & hic ex quo poſt moram intexuit. & quòd fur in mora ſit ſemper, habetur. ff. de rei vend. item verba tamen in fine. † Item no. hic quod dicit litera, quòd pur- 1
pura cedit veſtimento: & ſic quantitas antecedit dignitatem. vnde in electione numerus quia quantitas eſt, ſemper præcedit: ſed vbi eſt æqualitas ex parte quantitatis, quia partes ſunt æquales numero: tunc habetur recurſus ad dignitatem, & ad precium, vt ff. eodem. l. quicquid. §. vbi. & ff. de pact. l. ſi plures Cayus. † Sequitur verſi. Quod ſi fortuitu. 2
vbi dicitur quòd ſi ſine voluntate dominorum, materiæ eorum confuſæ fuerint à quodam tertio, iſtud commune eſt, ſi ſeparari non poſſunt materiæ: ſed ſi ſeparari poſſent non eſſet illud commu-

ne:

ne:sed si voluntate dominorum etiam si separari possent materiæ, illud commune esset. hoc facit ad quod destinatione nostra scilicet dominorum fit diuisio frustorum sed destinatione cuiusdam alterius nequaquam sic intelligo. ff. de leg. l. quòd in rerum natura. in fine.

1 *Frumentum duorum si mistum fuerit contra eorum voluntatem, qualiter vnus agat contra alium.*

2 *Et quid si voluntate eorum mistum est.*

Quod si frumentum. Versicu. quòd si alterutro signatur ibi quædam gloss. super illo verbo competit, quæ valde difficilis est ad intelligendum, & tangit duas lecturas in isto: & prima est vt loquatur princip. istius versic. sed si ab vtro alterutro.

1 † Quando frumentum duorum mistum fuit contra eorum voluntatem, sed impossibilis est eorum separatio: quia tunc cõmune est, & agitur rei vendi. vt grana sua vnusquisque vendicet, quia non potest discerni, (vt dictum est) quæ sunt grana vnius & quæ sunt grana alterius, sed agitur communi diuidundo, id est, petere frumentũ pro qualitate id est quantitate ille qui plus habebit, vel pretiosius frumẽtum habebat ille plus restituatur de frumento vel plus in pretio. hoc dicit vsque ibi arbitrio &c. ab isto loco vsque in finem loquitur cùm mistum fuerit frumentum duorum, sine eorum voluntate, & separatio possibilis est: quia tũc non sit cõmune, & agetur rei vẽdicatione: & quilibet grana sua vendicabit, & tunc exponetur litera

qua

quale,id eſt,quota.hoc vult dicere glo.in princip. vſque ibi,idem dic & primum caſum tangit vſque ibi,ſi autem apparet alio modo ponitur & legi.vt ſit totum vnus caſus & ver.iſte,ſed ſi ab alterutro à ſui princ. vſque in fin. loquitur quando ſecundum voluntatem duorum iſta fuerit & erat impoſsibilis ſeparatio: quia tunc agitur communi diuidundo pro modo frumenti vt pro qualitate & quãtitate diuidatur, vt qui plus habebat de frumento,vel pretioſius habebat ei reſtituatur plus in pretio plus in frumento.arbitrio enim iudicis hoc continebitur vt æſtimet in illo iudicio communi diuidundo quale fuit frumentum vniuſcuiuſque & quantum,vt dictum eſt: & ſic quale ſtat propriè & non exponitur quale ibi vt in prima lectura.Hanc lecturam vult tangere glo.ab illo loco gl.vt dic &c.vſque ibi & not.&c. † Sequitur bo 2
na gloſſa quæ indiget alia.iſtis duabus lecturis obſtat excepta prima quo ad primum caſum.& iſti ſecundæ in totum cùm dicitur quòd agitur cõmuni diuidũdo quãdo,ſcilicet voluntate duorũ miſtum eſt frumentum:ſi impoſsibilis eſt ſeparatio, agitur communi diuidundo:imò dicit litera,in rem quidem actio pro modo frumenti cuiuſque competit,ſi ex quo facta communio & competit communi diuidundo agi non poteſt. Iſtas lecturas ponit glo.ſed dominus meus dicebat quòd dato vno quòd frumentum ſit commune,tamen poteſt agi rei vend.pro parte indiuiſa vt habeatur pars diuiſa,vt ff.ſi pars hæreditatis pet.l.non poſſumus.

Domi

dominus meus Tertio modo,aliâs est alio modo, ponit casum in isto ver. & intelligit totum versic. vsque in fi.sui voluntate duorum mistum est frumentum & possibilis est separatio: quia tunc non est commune,& ciuilis competit actio in rem, scilicet rei vendi. pro modo frumenti sui vt quilibet quantum habet ibi de frumento,id est grana singula sui frumenti,vendicet,arbitrio autẽ iudicis hoc cõtinetur vt ipse ęstimet quale.expone id est quod, vel expone propriè quale, albius vel non crassius vel non:vt per hoc quilibet grana sua singula possit habere.Iste casus leuior & planior est:nisi intelligas ita ipsum,non poteris intelligere glosam,vnde gl.est in se difficilis,nec facit ad intelligentiam tex.in suo solo,

1 *Aedificium factum ex materia aliena quando cadat solo,& qualiter prouidetur domino.*

Cùm in suo solo. Vt intelligas glossam totius.§. quæ obscura est:scias quòd si ædificauerit in solo tuo de materia aliena,si tu es bonæ fidei,& de isto
1 loquitur.§.iure tu es dominus † ædificij: quia ædificium solo cedit:& similiter dominus materiæ puta tigni alieni quod iunxisti domus tuæ, remanet dominus,sed non potest agere contra te stante ædificio rei vendi.ex quo es bonæ fidei, sed potest agere actione de tigno iniuncto ad duplum, Sed si tu esses malæ fidei,& de isto non loquitur.§. videtur tunc similiter quòd es dominus ædificij:sed dominus contra te potest agere rei vend.vt non æstimetur,sed vt præstetur æstimatio:vt ff.de rei vendi.l. in rem.§. tignum. & hoc si vult, aliâs non: quia &

actio, de tigno iniuncto in duplum agere poteſt. Item ad exhibendum, & furti cōdi. furtiua: vt iſtas vias habes hic in glo. quæ cadit ibi per actionem quæ cadit in tigno iniuncto, quæ cadit ſuper illo niſi accuſatorem hic intelligo. & eſt gl. in illo ver. ſed ſi aliqua ſuper illo ver. vendicare. vbi dicitur licet contra eum qui bona fide ædificat in ſuo ſolo de materia aliena dominus materiæ vel tigni quādiu manet ædificium vendicare non poſſit, tamen diruto ædificio ſi egerit ſtante ædificio ad duplum per actionem de tigno iniuncto poterit agere rei vendicatione pro ſua materia non obſtante (dicit gloſ.) aliqua temporis præſcriptione. & hoc quando præſcriptio currit contra deſides: ſed iſte non fuit negligens in rei vendi. dato quòd durasſet ædificium per mille annos: quia durante ædificio non poterat agere rei vendicatio. contra bona fide ædificantem vt dicit princip. huius. §. Et ex quo non potuit agere, ei non currit præſcriptio. C. de annali exceptio. l. j. in fin. quo ad iſtam partem glo. vera eſt, ſed ratio ſequitur in gloſ. Aliud eſt dicit gloſ. ſi ædificator fuit malæ fidei: quia tunc etiam durante ædificio poſſet agi rei vendi. ff. de rei vendi. l. in rem. §. tignum. ſi non egit, fuit negligens; & ideo ſi durauit ædificium triginta annis, nec iſte egit: quia tanto tempore præſcribit malæ fidei poſſeſſor, certè & ſi durat ædificium non poterit vendicare. Quantum ad membrum vltimum reprobat dominus meus gloſ. præſcriptio currit contra deſidem in eo quod deſes eſt vel negligens, ſed dum extitit ædificium, licet dominus

ædif

ædificij posset intentare contra eum qui mala fide iniunxit quid consequeretur? Certè rem non consequeretur, sed ęstimationem: vt ff. de rei vendic. l. in rem. §. tignum. & inde tunc primo competit rei vendi. ad rem, cùm est dirutũ ædificium: vnde primo modo agendi non fuit negligens, & sic contra eum non currit præscriptio in rei vendi. ad rem ipsam, glo. potest colorari: quia qui est negligens in vno casu, currit sibi præscriptio in vno & alio. ff. vi bo. rapt. l. iij. & est ad hoc. C. de his qui à nõ do. ma. l. vlti. vnde sicut currit sibi præscriptio extante etiã ædificio, ita quantum ad modum agendum ad rei æstimationem curret sibi quantum ad alium modum agendi, scilicet ad rem ipsam. Dicendum tamen contrariũ, & ad illud, negligens in vno, currit sibi præscriptio in alio. dicendum, verum est, tu dicis extante ædificio fuit negligens in rei vendicatione, quantum ad illum modum agendi, scilicet pro rei æstimatione. Dicendum quod falsum est: vnde bene verum est quòd potest agere, si vult: non tamen est negligens, si non agit: quia si ageret rei vendicatione, & reciperet extante ædificio rei æstimationem, amitteret dominium rei suæ: & sic diruto ædificio non posset agere rei vendicationẽ ad rem ipsam: sed nemo cõpellitur ad hoc vt amittat dominiũ rei suæ, vt ff. rerum amota. l. non enim. Vnde durante ædificio nec contra bonæ fidei possessorem, nec contra malæ fid. pos. currit præscriptio in rei vendicatione quicquid dicat glo. &c.

At si is, qui pinxerit. ibi in glo. quæstionẽ, quis debet præferri, habens directam rei vendicati. vel

vtilem?& dicit vtilem: quia habẽs vtilẽ præfertur. Vnde emphyteota habens vtile dominium, præfertur domino habenti directum.ff. si ager vecti. vel emph.pe.l.j. Sed dic quòd ibi loquitur vbi vtraque est vera, sed hic est vtilis rei vẽdicatio. datur enim à lege ex æquitate ne amittat totũ dominus quondam tabulæ formæ propter reliquias præcedẽtis mandati.s̃.eo.possunt in illo.§. literæ &c. formantur plures quęstiones super hoc ꝙ dicit,† litera seu scriptura cedit chartæ: quia ex hoc videtur sequi in litera incõueniẽtia: sed illas quæstiones habeo discussas.ff.ad exhiben.l.iij.§.interdum.Caius &c. 4

1 *Bonæ fidei possessor an faciat fructus industriales suos pro cultura & cura.*

2 *Bonæ fidei possessor quando faciat fructus suos.*

3 *Bonæ fidei possessor quando teneatur de consumptis.*

Si quis à non domino. Ibi dicitur, si quis haberet rem alienam bona fide & iusta de causa.i.iusto arg. emptionis, vel venditionis, aliâs donationis, facit fructus suos bona fide. dicit gl. in initio emptionis non oportet quòd habeat bonã fidem cõtinuatã à principio vsque ad finẽ: sed sufficit ꝙ habeat à principio, scilicet tpe emptiõis bonã fidẽ, vt.ff. de vsur. l.qui scit.§.bonæ fidei possessor vt fructus faciat suos, intellige quia licet bonæ fidei possessor faciat fructus suos, de cõsumptis nullo modo tenet̃, nec de extantibus rei vẽ. quia suos fecit, si tamẽ rẽ iudi. offi. vt C. de rei ven.l.est.§.bo.fi. Intellige igitur hãc gl. quia hic dicitur quòd sufficit in initio bonã fidẽ habere, licet mala fides superuenerit, verum est ad hoc ꝙ facit bonæ fid. possessor fructus suos si à pa-

tre

tre illo quo ſuperuenit mala fides:tenetur etiã de
conſumptis vt eos reſtituat iudicis officio quia ex
1 tunc tenetur de culpa.† Item no. quod dicitur hic
quòd bonæ fidei poſſeſſor facit fructus induſtria-
les ſuos pro cultura & cura: vnde inuenitur ꝙ fa-
ciat ſuos ſi coluit & curauit. Sed dic dato ꝙ alter
coluit,tamen ſi poſsideat tẽpore perceptionis fru-
ctuum bonæ fidei poſſeſſor facit ſuos:vt ff.de vſur.
2 l.qui ſcit.§.in alieno.†Item no. hic ꝙ dicit ꝙ bonæ
fidei poſſeſſor ex iuſta cauſa vel iuſto titulo facit
fructus ſuos,quid ſi bonæ fidei poſ. nec habeat iu-
ſtam cauſam per glo.dicit ꝙ non minus facit fru-
ctus ſuos & alleg.ff.ſi rem.l.iiij.§. poſt litis.ibi ſed
fortè iudicatum &c.Sed certè lex illa hic non dicit
quòd non habeat titulum,nec quòd haberet, ſed
per iura quæſiuit,hic videtur quod exigatur: tamẽ
doctores ſunt in illa opinione quòd bonæ fidei poſ
ſeſſor,& ſi non habeat cauſam iuſtam ſeu titulum
iuſtum,facit ſuos:vt glo.hic dicit.Item quod hic di
citur, quòd qui bona fide poſsidet, facit fructus
ſuos,intellige quòd poſſeſsio ciuilis eſt illa quæ pa
rit iſtum effectum,quòd qui bona fide poſsidet, fa-
ciat fructus ſuos,& quòd vſucapiat ſecundã. Vnde
ſi vado vltra mare,quia rerũ mearum retineo poſ-
ſeſsionẽ ciuilẽ,ſi alius poſsideat & tollat licet bo.
fidei poſ.faciat fructus ſuos,tamẽ nõ poſsidet ciui-
liter ſed naturaliter.Dicendũ quòd non facit fru-
ctus ſuos,nõ quia poſsideat quia ſolũ habet natura
3 lem,ſed quia habet ius vtendi fruendi.†Item quod
dicitur hic ꝙ bo.fid.poſ. non tenetur de fructibus
induſtrialibus cõſumptis,intelligit gl.etiã inquã-

rum est locupletior, quòd nō teneatur hic sic ostendo: quia hic dicit glo. quòd de naturalibus consumptis teneatur inquantum locupletior est per. l. ff. si cer. pe. l. si me & Titium. quia illos nō facit suos, videtur hic glo. contraria illi quæ est. j. de offic. iudi. §. illorum. super illo verbo consumptorum, vnde vt concordemus glo. cum gl. oportet dicere quòd ista quæ hic est loquitur de naturalibus, quæ dicit ꝙ bo. fid. pos. de cōsūp. inquantū locupletior est, sed ꝙ ibi dicit ꝙ bo. fi. pos. nō tenetur de cōsumptis, nō tenetur etiā inquātū locupletior, sed ꝙ ibi dicit ꝙ bo. fid. pos. lucretur fructus, intellige de industriali bus. quidam tamen doctor domini mei dicebat ꝙ bon. fid. pos. tenetur de cōsumptis, etiam industria libus inquantum locupletior. & hoc si non habeat titulum, & pro hoc arguebat sic, Petitio hereditatis datur contra possidentem qui non habet titulum sed intentionem pos. in bo. fidei pos. de cōsumptis inquantum locupletior: vt ff. de petitione hæred. l. item veniunt. §. eos autem. vnde sicut est in peti. hæreditatis, sic debet esse in rei vend. partem. videtur quod multo fortius hoc sit in rei vēd. quia qui agit rei vendi. allegat ius plenius quā qui agit petitione hæreditatis: quia allegat dominium alter nō: & ideo minus oportet iuuari, aliâs iuuari posset contra agentem rei vendi. quàm contra agentem peti. hære. vnde in expensis repetendis bonæ fid. possess. pinguius subuenitur in peti. hære. quàm in rei vendicatione vt huiusmodi. s. eod. titu. §. ex diuersis. in glo. quæ dicit cadit in fin. illius. §. qui incipit, cùm de nouo ædificat. §. ei verò qui sciens.

Malæ

1 *Malæ fidei possessor tenetur de fructibus perceptis & percipiendis,& quando.*

1 *Dicitur.* In glo.quòd malæ fid.possessor tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, hoc est verum si non habet titulum excusat ipsum à percipiendis,quod dicitur quia malæ fid. possess. habens titu.non tenetur eadem actione qua & de fundo: quia fructus illi pars fundi sunt:vt ff. de rei vendicatione.l. fructus pendentes. Intelligas de percipiendis id est, qui percipi poterunt. Item quidam dicunt quòd malæ fidei possessor habens titu.excusatur à percipiendis. hoc dicunt per legem C. de rei vendi.l.demum. Sed dicit dominus meus quòd illa lex hoc non dicit.i.dicitur quòd malę fidei possessor habens titu.tenetur de perceptis,sed nō dicitur quòd nō teneatur de percipiēdis,sed nō doctores hoc concludunt,ex quo dicit lex quòd tenetur de perceptis,videtur negare quòd nō teneatur de percipiendis.arg.ff.de iudi.cùm prætor.C. de procur.si maritus.

2 †Sed dominus meus dicit quòd etiã habens titulum,ex quo est malæ fidei possessor,tenetur de perceptis & percipiendis, nec inuenitur lex quæ dicat contrarium. Item dicit ipse & si hoc sit verum quòd propter titulum excusetur à percipiendis,hoc est verum vsque ad litis contestationem post lit.contesta.non:quia post lit. cōtesta. omnes malæ fid.pos.partes sunt.ff. de peti. hæredi. sed & si lege.§.si autem. dicit glos. malæ fidei pos. habens titulum excusatur de percipiendis propter titulum, nisi in quatuor casibus quibus de percipiendis ipsum non excusat, & nume-

rat glos. illos casus. Sed potest dici breuiter quòd malæfi.pos. non habeat titulum: quoniam dicit lex nullum ipso iure, vel quē vult annullandum habetur pro non titulo nec excusatur à percipiendis: & sic reducas illos quatuor casus. Et ad vnum quod dicitur ꝙ malæ fidei pos. non habens titulũ vel habens, sed nõ iustum, tenetur de percipiendis: nõ est intelligendum, vt dictum est suprà, de percipiendis in futurũ: quia illi sunt pars fundi, & veniunt in rei vendic. sicut & fundus. ff. de rei vẽd. l. fructus. vnde intelligitur de percipiẽdis, id est, qui percipi potuerunt, sed à quo? dicunt quòd à domino, nõ à possessore, vnde secundum eos, & secundum glo. si nõ est bonus cultor, & possessor optimus, solùm tenetur de his qui percipi poterunt à domino, non à se malæfi.pos. sed dicas contra. quia l. dicat quòd tenetur de percipiendis malæfi.pos. & de his quos percipere potuit ipse malæ fi.pos. vt C. de rei ven. l. domum.

Is verò ad quem. Ibi dicit glos. vsufru. facit fructus suos statim cùm percipit. dicit. glo. percipit, & si in hoc reo sint impositi. Sed dic quòd nulla est differentia inter bonorum possessorem & fructuarium quo ad hoc quia statim cum sunt à solo separati vterque facit suos, sed in hoc est differẽtia quia bona fid.pos. facit suos siue ab illo siue à quocũque alio fuerint percepti, fructuarius non nisi ipse vel alius nomine suo percepit: vt ff. quibus mo. vsufru. amitt. l. si fructuarius messem. & ff. de vsuris l. qui scit. §. j.

1 *Thesaurum si quis inuenerit an & quando sit inuentoris.*

Thesau

1 *Thesaurus.* †Ibi dicitur ꝙ si aliquis inuenerit thesaurū in loco suo, suus est. dicit gl. in suo. hoc est dicere si dominus sit loci in quo inuenit. dicit gl. siue dominus sit directo, siue vtiliter vt emphyteutarius seu datarius. Placentinus tamen dicit ꝙ intellexit de dominio directo: quia ibi dicitur simpliciter, si quis in suo id est, si quis dominus inuenerit in loco cuius est dominus, vel cuius habet dominium: sed appellatione domini intelligitur qui dominus potest esse directò. ff. si ager vecti. pe. l. j. §. qđ in perpetuum. vnde ibi dicitur, qui in perpetuum fundum cōduxerit, quāuis domini nō sit &c. vnde tales dicuntur ibi non domini, & constat ꝙ habēt vtile dominium, & qui rei ven. vtilem habet, vt ibi dicitur. vnde quando inueniam in meo, & quando in alieno habes. C. de metallis & metallariis. l. cuncti. vnde dicit si habeat quis vtile dominiū, & inueniat quid mobile vt pecunia, certè præfertur directo domino: & sicut facit fructus suos, sic & illud mobile suū est. Si autem sit immobile, vt quia inueniat materiā argenteam, ipsa materia est immobilis, licet cùm extensum sit mobile, certè proprietas directi domini redibit ad dominū directum, sicut & de feudo locuti sumus. Quia locuti sumus de dominio directo & vtili, sciasꝙ soli Italici sunt domini qa nō soluūt tributa rerū suarū: vnde dicūtur habere directum dominiū, & sunt soli domini rerum suarum. C. de vsuca. transfor. l. vnica. & ita habes per legem illam ꝙ quicunque soluit tributum vel censum, non est directò dominus sed vtiliter.

2 † Ex hoc dicit dominus meus quòd quicūque agit

contra aliquem, & proponat rei vendicationem: quia & pauci sunt, imò paucissimi qui aliquid non soluant de re sua immobili: permittit reus actorem acquiri donec sit prope sententiam diffinitiuam, & tunc dicat: Domine iudex non procedatis vlterius, quia ineptam actionem proposuit: quia egit rei vendicatione, & sic dixit se directum dominum, & tamen non est, sed vtiliter: vnde ex quo simpliciter intentauit rei vend. dixit directò se dominum, & est tributaria vel sensualis ex hoc per ista iura. C. de vsuca. transfor. l. vnica. ff. si ager vec. pe. l. j. ff. si mens. fal. mo. di.

1 *Dominium quando sola traditione clauium transferatur.*

Item si quis merces &c. Ibi dicitur quòd si claues horrei venditor tradidit emptori mercium quæ erant in horreo, forte vini qđ erat in cellario, trāsfertur dominium sine alia traditione & etiam pos sider. dicit glo. & hoc propter præsentem visioné. ff. de acquiré. pos. l. j. §. si viserim. dicendū ꝙ falsum est ꝙ hic propter visionem acquiratur possessio, vnde verum est ꝙ per visum acquiritur pos. vbi requiritur visus rei in qua est acquirenda ti. pos. vt in l. ff. de acqui. pos. l. j. §. si viserim. sed hic quando horrea erant clausa quomodo viderit? nimis bene viderit qui viderat merces horreis clausis, vnde per solam traditionem clauium ante horrea, acquiritur possessio: quia claues sunt via deueniendi ad possessionem, sed de festuca quomodo per festucam alicui possessio acquiratur, dicit dominus meus quòd non videt, nec iura dicunt, nec ratio con

concordat.

Pro derelicto. Ibi dicitur quòd id quod pro derelicto habetur, occupanti conceditur. Quidam ponunt exemplum, si aliquis librum apertum proiecerit in aqua, nec quòd animo accipiendi à se proiecerit, & pro derelicto habuit: vnde conceditur occupanti. Dicas verum est nisi alia præsumptio esset per se, scilicet quòd nemo præsumitur iactare merces suas, vt ff. de proba. cum de indebito. dicet verum si existens in periculo iactat etiam apertum non præsumitur habere pro derelicto, sed si tempore quo non erat in periculo ex modo iactandi: quia apertum iactauit presumitur quia habuit pro derelicto, imò incumbit semper onus probādi venditorum velit vendere vel vendicare quia semper pro domino præsumetur. vnde dicit lex si aliquis occidit se, potest esse ꝙ propter conscientiā criminis hoc fecit, si demens hoc fecit, vel propter impatientiā doloris. Primo casu amittit bona: quia publicantur. Secundo casu non admittit: sed si fiscus petat bona, præsumitur pro defuncto vt bona non admittat qui mortem sibi consciuit propter doloris impatientiā, vel vitæ tædium, vt C. de bo. eo. qui mor. sibi cōsci. l. vlti. ad fi. quā & in proposito licet aliquis etiā si nō esset tēpestas librū apertū proiecerit in aquā, præsumitur ꝙ nō animo habēdi pro derelicto, sed ideo quia timebat periculū: qa licet tēpestas nō sit, tamē potest iactare, vel quia timet periculum, vel quia habet animum habendi pro derelicto: vnde semper præsumitur pro domino ne rē suā admittat, quòd timore periculi hoc fecerit.

De

De testamentis ordinandis. Rub.

TEstamentum. Hic tangit tria genera testamentorum. Olim initio vtebantur homines duobus generibus testamentorũ, vnum vocabatur calatis comitiis quo vtebantur homines tẽpore pacis: aliud erat genus quod vocabatur procinctum, quo vtebantur homines tẽpore belli, & quòd illa duo sic dicantur habes in glo. & est planũ. Deinde accessit tertiũ genus testandi quod appellatur testamentũ per æs & librã, id est, per æs libratum seu æstimatum: quia testator emancipabat filios, hæres institutus pro modico emebat omnia bona testatoris, & erat quidam qui librabat seu æstimabat omnia bona defuncti & modicè, & sic eis æstimatis seu libratis modicè hęres emebat vt dixi. Sed quare hoc? ecce vna ratio, testator habebat filios in potestate, debebat eos emancipare antequã testaretur: quia viuente patre filij sunt quasi domini rerum paternarum, & hæreditatis paternæ, vt ff. de lib. & post. l. in suis. & ita si inueniretur testator tẽpore mortis habere filios in sua potestate inueniretur non plenè dominus: & quia testari quasi de alienis non poterat, ideo eos emancipabat: & sic erant incogniti iure ciuili: emancipatio olim fiebat per imaginariam venditionem: ideo incertæ erant istæ imaginarię venditiones. ecce igitur quare sic fiebat illud tertium genus. Alij dicunt quòd causa quare sic fiebat, erat ista: hæres vt esset firmus hæres emebat pro modico: quia causa non lucratiua firmior est

quàm

quàm lucratiua, vt C. de impo. lucra. describ. l. vnica. sed in partes istas rationes ex parte dei, ideo illa iura sunt correcta: quia non habebant veras causas.

In litera sed cum paulatim &c. Ibi recitatur ius nouum, id est ius constitutionum circa testamentum. Et ibi dicitur in versiculo signacula, quòd testamentum à iure prætorio habet numerum septē testium, & eorum signacula, quòd testamentum à iure prætorio, imò à iure ciuili habet numerum septem testium, vt s̄. eodem ver. accessit in fi. Sed dicendum quòd à iure ciuili capit numerum septem testium, sed non verè quia libri pes ibi in extrema hæreditatis. qui erat hæres computabatur numerus septem testiū: sed per ius prætorium exiguntur septem veri testes, alij ab hęrede & ab æstimatore: qa p ius prætoriū, nec emācipatio, nec ista imaginaria vēditio fiebat, vt in prin. ver. sed prædicta in fi.

1 *Mulier in testamentis non potest esse testis, secus in codicillis.*

2 *Impubes maior factus an possis testificari de his quæ vidit in pupillari ætate.*

1 *Testes autem.* † Ibi dicitur quòd mulier non potest esse testis in testamento. Quæritur an hoc sit verum? Dico testamenta nostri temporis vt in pluribus sunt codicilli: quia non est testamentū si nō sit hæredis institutio: sed in testamētis nostri tēporis non instituuntur hæredes: ideo testamenta nostri temporis sunt codicilli: tunc in eis potest mulier esse testis. In testamētis autē veris in quib⁹ exigitur hæredis institutio, exigitur maior solēnitas, quàm

quàm in codicillis:ideo in illis non potest esse mulier * testis, vt hic.& quòd in codicillis & sic in testamentis nostri temporis hic in glo.ordi.ff.de testa.l.qui testamento.§.mulier.

* Nõ potest esse testis. Vide tñ Bar.in l.haccõsultissima.§.ex imperfecto C.eo. vbi dicit quòd testamẽtũ imperfectũ rõne solẽnitatis valet quo ad liberos tantũ. Et subdit quòd istud testamẽtũ imperfectũ iter liberos põt probari duob⁹ testibus maribus vel fœminis.

Quærit gloss. nunquid potest esse testis impubes * maior factus, de his quæ vidit in pupillari ætate? Dico quòd non in testamentis, vbi sunt testes de esse testamenti, sunt enim septem testes vt hic. In aliis potest impubes maior factus esse testis de his quæ vidit in pupillari ætate.argu.ff.de verb.signifi.l.notationem.§.fin.& ita dicit gloss. 2
Dicebat dominus domini mei contrarium: quia si vidit aliqua in pubertate indiscretè concepit:& ideo licet posteà fiat maioris ætatis verè sciit indistinctè & incompletè, sic & tunc sciuit: ideo impubes maior factus de eo quod vidit in pupillari ætate non potest esse testis. Ad legem quam glo.inducit.ff.de verbo.significa.notionem.§.primo. respondet, quòd seruus factus liber de eo quod vidit in seruitute potest ferre testimonium: quia ea quæ in seruitute sciuit, ita discretè sciuit sicut & cùm est liber: sed sic non est in pubere, vt dictum est. Et pro sua sententia inducebat.argu.l.ff.de seruis exportandis.si minor. Ego dico quòd si vidit in pubertate id est, in ætate infantili, vel proxima infantiæ non potest ferre testimonium maior factus: sed si vidit id in pubertate postquam erat doli capax, & sic habebat tale quale iudicium, tunc possum dicere cum gloss. quòd potest ferre testimonium. argu.ff.ad Sylla.excipiuntur in fin.leg.

* Impubes maior fact⁹. Adde quñ possit testificari ĩpubes fact⁹ pubes, de eo quod vidit ĩ pupillari ætate Bart.in l.ad testiũ.§.conditionẽ.ff.de testa.

Instr

1 *Instrumentum publicum quãdo habeat vicem duorum testium.*

Sed cùm aliquis ex testibus &c.In illo versi.super illo verbo,signaretur,est quædam glo.signata,quę sic incipit,quidam hic intelligunt &c. glo.illa sic debet intelligi. gloss. supponit quòd si quis ex testibus adhibitus in testamento fuit seruus, si testamentum reuocetur in dubium, non potest probari per septem testes, vnde habes pro constanti quòd soli testamento ex quo inuenitur sic scriptum, & quilibet testium recognoscit sigilla sua, staretur ei absque hoc quòd testes vadant ad iudicium,& sic se habet consuetudo,& sic concordat Ioan. Azo in contrarium in quo ista distinctio. Gloss. ista non aperit vnde intelligas quòd bene concordat & Ioan.& consuetudo quòd in testamento in scriptis de quo nunc locuti sumus sic scriptura sola sigilla septem testibus recognitis probatur,si testamentum in scriptis in dubium reuocetur,nec oportet testes venire ad iudicium. Sed in testamento fuit ista dissentio.Pone testator vocat tabellionem, & in persona publica scribit testamentum, & tenet formam instrumenti publici,& hoc coram septem testibus,in quorum prę sentia dicit testator, illi lego tantum, & illi tantum,& licet scriptura non sit testamentum in scriptis,quia non est forma testamenti in scriptis obseruata: quia non subscripserunt testes,nec signauerunt.item quia coram septẽ testibus testator voluntatem suam expresit,moritur:testamentum &

testes

testes, fortè reuocatur in dubium, an defunctus fecerit testamentum, nõne pòterit probari per istam scripturam? Dixit Io. ꝙ sic: quia instrumentum publicum quia manu personæ publicæ scriptũ. Azo dixit contrariũ licet Io. & consuetudo hoc admittat: quia licet aliâs publicum instrumentum faciat fidem, non tamen habet nisi vicem duorum testiũ: sed testamentum etiã sine scriptis non probaretur per duos testes, imò exigerentur septem, ergo nec testamentum manu publica scriptum probat. Hæc est opinio Azo. & est verior de iure, & eam tenent doctores: & sic intelligas istam distinctionem: quia per glo. intelliges eam, nec hic nec. C. de bo. poss. secundum tabul. ij. vbi hic distinctio. Gayus.

1 *Domestica persona quando repellatur à testimonio.*

In testibus autem. † In fine huius. §. dicitur testimonium domesticum reprobatum est, * vnde quærit ibi glo. mercennarius liber homo seruit pro mercede, potéstne esse testis? Dicit quòd non: quia est persona domestica. vnde dicit lex ꝙ furtum commissum à tali persona, est furtum domesticum, vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta domestica. Dominus domini mei dat breue consilium, si velit dominus quòd famulus eius sit testis, det ei licentiam: & sic erit habilis tempore ferendi testimonium: quia non inuenitur quòd erit domesticus, ad ferendum testimonium admittetur: quia tempus ferendi testimonium, inspicitur etiam conditio testium. ff. de testibus. l. tertia. §. lege. nec facit dolum dominus qui hoc facit qui appareat sibi

* Domesticũ reprobatũ. Adde ꝙ domestica qñ admittatur ĩ testẽ officio Iudicis relinqtur, Bart. in l. ij. C. de testi. & nũquid domestica pꝛsona admittatur in testẽ cõtra aliã domesticã vide per eundẽ in d. l. ij. & nunquid domestici in causa matrimonij sint suspecti, vide Alex. in cõsi. xcx. incipi. ĩ casu prædicto col. iiij. versi. itẽ quia matrimoniorũ in iij. vol. Fede. de se. ĩ cõsi. cxix. incip. nulli dubiũ. Alex. in consi. xcvj. in iiij. vol. Pan. & doct. in c. in literis de testi. vbi est locus proprius huius materiæ.

ſibi probationem. Et ipſe dicebat ſi poſſet conſtare quòd dominus haberet ſpem quòd famulus reuerteretur lato teſtimonio, non admitteretur ad teſtimonium ferendum: quia dicit lex, quòd ſi accuſetur aliquis de adulterio, ſerui ſui torquentur & vendentur, vt non habeant ſpem redeundi: non auſi eſſent dicere aliquid contra dominum. Hoc eſt quod probatur. ff. ad l. Iul. de adu. l. ſi quis poſtulauerit. §. iubet.

1 *Legatarius quando poſsit eſſe teſtis in teſtamento.*

1 *Legatarius.* †Ibi dicitur quòd legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento in quo ſibi legatum relictum eſt, arguit contra glo. quia nemo poteſt eſſe teſtis in cauſa ſua, vt C. de teſti. l. omnibus ergo &c. Dicendum ſi reuocaretur in dubio de legato ſibi dimiſſo, non eſſet teſtis: ſed de contentis in teſtamento poteſt: licet tunc videatur indirectè eſſe teſtis pro commodo ſuo, de autoritate tu. l. j.

Vltimus. Sed hæc quidem &c. In quo dicitur teſtimonio ſine ſcriptis pone coram ſeptem teſtibus, dixit teſtator ſuam ſupremam voluntatem, hæredem inſtituat, relinquit legata, & omnes ſeptem teſtes ſigillauerunt & ſubſcripſerunt; Quæritur an ſit teſtamentum in ſcriptis vel ſine ſcriptis? Videtur quòd ſine ſcriptis: quia coram omnibus ſuam voluntatem edidit. Videtur quòd in ſcriptis; quia ibi formaliter in ſcriptis. Dico quòd conſiderandum eſt quid actum eſt à defuncto. Et ſecundum hoc debet iudicari teſtamentum in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Sed ſi non conſtat, dico quòd eſt teſtamentum in ſcriptis, & ſine ſcriptis. Sic enim

nihil prohibet in eadem ratione secundum diuersas considerationes plures esse orationes fallendi: similiter in eodem facto secundum diuersas considerationes possunt esse diuersi contractus, vt si dicam alicui, vendis mihi equum tuum pro decem, & respondet vendo, & est stipulatio & venditio, sic est & testamenti factio in isto facto si habeat ea quæ exiguntur ad testamentum in scriptis, & ea quæ exiguntur ad testamentum sine scriptis, potest dici in scriptis & sine scriptis; non quòd sint duo testamenta; quia est vna voluntas, ergo est vnum testamentum; nec aliquis potest decedere duobus testamentis factis, nisi sit
2 miles. † Sed est testamentum habens duas formas, scilicet in scriptis & sine scriptis. & est vtilitas vt istas duas formas habeat, quia potest hæres se iuuare vt de testamento scripto vel non scripto, probat sola scriptura septem testibus recognoscentibus sigilla sua, nec oportebit testes ad iudicium venire: sed si ex non scripto oportet per septem testes probarent, & deponent quòd audierunt testatorem dicentem istam suam vltimam voluntatem, & infra oportebit eos ad iudiciũ venire, vt supra dixi: & sic non obstaret postea quòd vnus esset seruus de septem testibus testamenti in scriptis, bene probaretur nihilominus testamentum in scriptis, quia seruus bene posset recognoscere sigillum suum, sed sine scriptis non; quia oporteret testes in iudicium & deponere de auditu. Sed cùm est in scriptis non deponunt testes quòd audierunt testatorem ita testari: quia ipsi nesciuerunt qualis

erat

erat voluntas defuncti, vnde nullum ferunt testimonium: sed solum cognoscunt sigilla sua: sed seruus potest hoc facere scilicet recognoscere sigillum suum: sed deponere & facere testimonium non potest: quia oporteret eum in iudicium venire, & seruus in iudicio esse non potest: & ideo licet vnus de testibus appareat postea seruus, potest probari testamentum in scriptis; sed non sine scriptis.

De militari testamento. Rubrica.

1 *Miles quis verè dicatur, & de requisitis.*
2 *Militum priuilegia quibus militibus competere debeant.*
3 *Militis testamentum an subijciatur querelæ.*
4 *Militis testamentum qualiter fiat.*

SVprà dicta diligens obseruatio. Dicit glo. super rubri. miles dictus est à malo. verum est, non quòd malum nobis inferat, sed quòd à malo nos defendat, vt C. de offi. præto. Afri. l. secunda. † Item dicit glo. quòd ad hoc quòd sit miles, oportet quòd iuret se non euitaturum mortem causa reipublicæ. Item quòd scriptus sit in matricula militum, & alia multa exiguntur ad hoc quòd aliquis sit miles, vel quis debeat reputari miles: quoniam ea quæ olim, secundũ ea quæ loquũtur de militibus. † Quæro ergo, an priuilegia militũ militibus nostri temporis

concedantur? Videtur quòd sic: quia idem est & nō solēni: ergo licet in militibus nostri temporis antiqua solennitas non seruetur cum priuilegia concessa olim militibus sibi concedantur. & hoc arg. l. ff. de neg. gest. l. prætor. illa lex dicit si imperator eligat minorem, vt sit iudex, licet non deberet eligi nec esse, eo ipso quòd eligit eum decreuit ei cætera quæ competunt magistratui seu iudici. Hodie imperator si faceret militem faceret eum secundum modum nostri temporis: quia & si secundum modum antiquum deberet fieri, nihilominus haberet ea quæ olim erant militibus concessa, & hoc argumen. ff. de re iudi. l. quidam consulebant. Quid ergo dicemus? Ego possum respondere aliter, nisi quòd consideranda est causa & ratio legis in singulis priuilegiis militum aliqua: quia multa sunt, & si causa vel ratio illius priuilegij potest inueniri in militibus nostri temporis, illud priuilegium habebit locum, Quidam sunt milites qui vacant armis licitè, fortè, quia essent in Apulia vel vltra mare, quomodo licitè de iussu principis, nisi enim principe sciente non essent licitè, vt C. vt armo. vsus insti, in prin. sit interdic. l. vnica. Si ergo miles qui militat licitè est in conflictu, lex dicit de milite solenni qui potest testari in cōflictu, vel discrimine mortis sine testibus rogatis vel vocatis, dummodo voluntas sua per duos testes possit probari, vt C. eo. l. milites. Sic dicam in milite nostri temporis: licet in militante loquaris: in alia l. lex dicit, quòd si miles errore iuris ductus omittat exceptionem perēptoriam, potest eam opponere post sententiam, vt

C. de

C.de iur.& fac.igno.l.j.Miles autem nostri temporis si per errorem iuris cõsuetudinarij cuius habet experientiam,omittat exceptionem peremptoriã certè non iuuabitur:quia in iure consuetudinario milites nostri temporis sunt vsi seu vsitati vt in pluribus sunt aduocati in foro seculari, vnde si erant in iure consuetudinario milites nostri temporis sunt cuius dicuntur habere experientiã non iuuabuntur:quia turpe est patrono causarum &c. vnde per hoc habes ar.ff.de ori.iur.l.ij.§. post hos. C.de iudi.l.certi iuris est.vnde in singulis est inspicienda consuetudo & ratio legis: & si in militibus nostri temporis inuenitur,seruabitur lex, si verò,
3 non. †Item quæritur hic, si filiusfamiliâs miles testetur extra castra,an in eius testamento habeat eius filius querelam?& videtur quòd sic per literã nostram:quia priuilegium habent milites vt testẽtur cùm solennitate quæ in testamentis requiritur cùm in expeditionibus sunt occupati vt hic: igitur cùm sint citra expeditionem extra castra,non vtentur suis priuilegiis,sed contra.ff.de inoffi.testa.l. si institutum.C.de inoffic.testamen.dicit glo.quòd si filiusfamiliâs miles testetur etiam extra castra,hæres eius non habet querelam.Hoc dicit in illo versi.si testari.Hoc intelligas in bonis castrensibus,sed in bonis paganicis dic ꝙ hæres habet querelam, licet glo.alibi dicat contrarium.Et etiam hic loquitur simpliciter,& hoc probo. Si hæreditas patris magis debetur filiis,quàm hæreditas filiorum parentibus:sed pater contra testamentum filij habet querelam & paganus,vt ff.eod.l.si à milite.in §.vlt.

cum l.sequen.ergo & c.glo.in illo ver.& ergo miles.distinguite de milite testante:quia aut testatur domi,& tunc debet testari solenniter: † sed dum 4
est in castris debet vocare duos testes, & coram duobus testibus vocatis & rogatis debet facere testamentum.Si est in conflictu vel discrimine mortis,potest testari sine testibus vocatis & rogatis, dummodo sua voluntas per duos testes non rogatos vel vocatos probari posit; vt C.eodem.l.milites.Dico tamen idem si miles immilitans testatur etiã si sit domi intra breues dies reuersurus, & ibi testetur.Dico intra dies breues:quia fortè acceperat commeatum à duce belli vt visitaret vxorem suam & filios suos: hoc casu habet idem priuilegium quod haberet si in castris testaretur,vt coram duobus testibus vocatis & rogatis posit testari,vt ff.ex quib.cau.ma.l.qui mittuntur. §. si extra patriam.

1 *Testator si dixit,omnia bona mea tali relinquo, an sit testamentum.*

Cæterum. Ibi quæro,modus est loquendi quòd si vnus dicit alteri do tibi omnia bona mea, dominus meus dicit quòd si quidam ciuis alicui mutuauit quandam pecuniam,& quando ille nobilis fuit in domo,dixit qui eam mutuauerat quòd domus sua erat pulcherrima; dixit ciuis, Certè domine domus vestra est. demum ille nobilis reuersus misit familiam suam,fecit ciuem repelli de domo sua.Certè fecit contra legem istam: quia talis modus loquendi non obligat,vt hic.& ff.de act. & obliga.l.obligationum substantia.in fi. †Sed quid 1

si vnus

si vnus donat alicui omnia bona sua: semper diceret ille qui donauit quòd non fecit hoc animo obligandi?Dico ex quo verba sapiunt obligationem: quia dixit dono tibi omnia bona mea: nunquid dicam ibi semper eum obligari,nisi appareant coniecturæ quæ moueant in contrarium,vt ff.de pactis. l.iuris gentium cùm §.quòd facta nouissima. coniecturę quæ possunt in contrarium mouere sunt modus & consuetudo loquentis, puta quòd ille qui sic dixit,est homo qui dicit communiter,quicquid nostrum est, vestrum est,tunc est cõiectura. Et hoc non dicit animo obligandi:quia ex personis hominum & qualitate eorum compensatur & coniecturatur,vt capitulo si quis imperatori maledixit.l.j. & ff.de pigno.actio.l. vel vniuersorum. Item dictum pręcedens argu.l.ff.de mino.l.denique.§.j.vbi dicitur quòd iactura prioris actus &c. Item consuetudo quæ est patriæ consuetudo,est quòd vnus dicit alteri,quicquid habeo, vestrum est, vt ff. de fun.instru.l.cum delanionis.§.asinam. Pone testator dixit sic,omnia bona mea tali relinquo, an sit testamentum?Inducit legem istam, quòd sit testamentum.& ff. ad Trebel. l. cogi. C. de sacrosanctis eccl.l. vltima.sed illa nihil facit ad hoc: quia ibi dicitur quòd verbum relinquendi pertinet ad institutionem,cùm solùm pertineat ad legatum, vt ibi dicitur. Ego distingo, si nos interpretamur quòd testamentum sit aut non potest esse testamentum: quia non sunt ibi nisi quinque testes, quia verba sunt ambigua:quia cùm dicitur relinquo tibi omnia bona mea,& possunt applicari & ad te-

ſtamentum & ad codicillum: interpretabor quòd ſit codicillus non teſtamentum, & hoc per illud generale potius interpretandum eſt vt res potius valeat, quàm pereat. ff. de rebus dubiis. l. quotiens. & ff. de verborum ſignificationibus. lege, quotiens. Si poteſt valere vt teſtamentum, quia bene fuerunt adhibiti ſeptem teſtes, diſtinguo, aut reperitur illud in aliqua parte ſcripturæ in teſtamento aut non, verbi gratia dico ſic: Titium hæredem meum inſtituo, Sempronio bona mea relinquo. Ego dico tūc quòd per illa verba habebit Seius omnia bona mea per fideicommiſſum. vel ſi ſic dicam, Titium pro parte inſtituo hæredem, Seio omnia bona mea relinquo, quòd ſic ſit inſtitutio. & hoc probatur per l. quia dicit. l. ſi in teſtamento meo: ſic dicam, Titium inſtituo ex fundo, videtur inſtitutus in omnibus, & habebit bona tanquam hæres, Ex quo non inuenitur alius inſtitutus. Sed dicam, Titium pro parte inſtituo, Seio fundum relinquo. per iſta verba Seio fundum relinquo &c. intelligitur legatum, vt ff. de hęredi. inſti. l. j. §. ſi ex fundo. & C. de hæredib. inſtituend. l. quotiens.

Sed hactenus. Melius eſt quòd ſit. §. quia miles. ex quo exit caſtra, amittit priuilegia in forma teſtandi: quia oportet quòd ſolennitas obſeruetur, ſcilicet vt ibi ſint ſeptem teſtes: ſed non amittit priuilegium in teſtando: quia licet ſit extra caſtra ex quo eſt miles non veteranus retinet priuilegium in teſtando ſi ſit minor vel ſi ſit ſurdus: quod alij non liceret, vt hic & ſupra eodem. §. illius. gloſſ. quærit

quærit in illo.§.post missionem,vt miles remissus de militia possit testari.ipse distinguit vt hic,& de hoc habes similiter.C.eodem.l.militibus.

Si quis ante militiam &c. Ibi dicitur quòd si aliquis ante militiam fecit testamentum non solenne,& postea fiet miles,valet testamentum quasi ex noua voluntate. Similiter si filiusfamiliâs miles fecit testamentum, & postea sit emancipatus, valet testamentum quasi ex noua voluntate. Intelligunt quidam sed verba quasi ex noua voluntate, quòd primùm testamentum fuerit mutatum per capitis diminutionem, scilicet per emancipationem: sed quia si emancipatus manet in eodem iudicio, & hoc declaret, sed ex noua voluntate, quia nunc factum dico, quod imò valet, licet non declaret se velle manere in eo iudicio : & sic quasi legam similitudinariè : vnde debet exponi, sed quasi ex noua voluntate, id est, valet primò non mutata quasi valeret noua voluntas nunc facta.

Vltimus, Sciendum tamen &c. Ibi sunt quidam qui habent quasi castrense peculium, vt clerici, vt C. de sacrosanctis ecclesiis.l. sacrosancta.Item aduocati. vt C. de aduocatis diuersorum iudicum. l. finali.Item magistri liberalium artium & filij vltimi. vt C. de magi. l. vltima. quod autem scholaris habet quasi castrense peculium non inuenitur: sed de doctoribus sic per legem iam allegatam.C.de inofficioso testamento. l. vltima.

Quibus non est permissum facere testamentum. Rubrica.

N*On tamen omnibus*, &c. Quæritur hic primo, quia voluntate patris ideo potest filiusfamiliâs testari de voluntate patris, sed donare causa mortis potest patre consentiente. Quidam responderunt vt in Glosa exponitur, in his quę sunt publici iuris non attenditur voluntas patris. ff. ad Trebellia. l. nam. quod posset palliari respondendo in his quæ sunt publici iuris autoritate vt est munus tutelæ vel est factio testamenti, & in his similiter quæ fiunt publica autoritate nihil potest immutari priuatorum consensu: in testamentis versatur ius publicum, id est iuris publici permissio: ideo in prohibitis, non potest imputari priuatorum consensus: & ideo cum filiusfa. non prohibitus sit facere testamentum patris consensu non potest facere, licet causa mortis donate posit. Ego respondeo ad illud sic, quòd testari sit solennior actus, quàm sit donatio causa mortis: ideo iste actus solennior non competit filio, etiam de voluntate patris. Item alia ratio attenditur in testamento: quia attenditur voluntas vnius tantum, scilicet testantis: in donatione causa mortis voluntas duorum, cùm sit contractus quidam. Et quod plurium voluntate nititur, maiori autoritate vallatur: ideo donatio causa mortis cùm nitatur priuilegio & voluntate, & sic fortior potest esse quàm donatio causa mortis fact

tis facta à filiofamiliâs valeat de patris consensu, licet testamentum de patris consensu non valeret factum à filiofamiliâs. arg. ff. de negot. gest. l. Pomponius. ff. de minori. l. iij. §. si minorem de vsucap. l. iij. §. primo.

Præterea. Dicitur quòd impuberes testari non possunt, vt hic dicit glo. vnde si promisisti soluere certa die & certa hora sub certa pœna fiat computatio de momento ad momentum, quòd sufficit te tigisse aliquid de vltima die quartidecimi à mil. duodecimi. Et hoc quia est fauor. aliâs fit computatio de momento ad momentum, non adueniente hora pœna commutatur, nec ante horam illam commutatur, & hora elapsa pœna committitur, nec expectatur totam diem finiri.

1 *Prodigus est intestabilis.*
2 *Et quid si iudex dicat interdico tibi bonis, & do tibi curatorem, & non sit prodigus, an valebit sententia.*
3 *Et quid si iudex scit ipsum non prodigum.*

Item prodigus. Prodigus est intestabilis ex quo est ei interdictum à iudice, * sed quibus interdicitur administratio bonorum ipso iure vel à l. intelligitur, non expectatur interdictio à iudice sumenda: quia intestabiles sunt, vt ff. ad l. Iul. ma. l. vltima.
2 † Sed tunc quærit gloss. Aliquis non erat prodigus cùm esset additus per matrem vel amicos, dixit iudex, interdico tibi bonis, & do tibi curatorẽ, secundũ veritatẽ non erat prodigus, tenebit ne sen-

* Interdictũ à iudice. Adde quod licet sit quis prodigus manifestus si non est ei interdictũ potest cõtrahere. Bar. in l. j. cui bonis ff. de ver. ob. Et valẽt gesta per eũ secundũ eundẽ in l. tres tutores. ff. de adm. tut. & quod prodigus cui bonis est interdictũ ęqui paret pupillo. vide Bar. in l. cer. conditio. §. j. ff. si cer. pet. & in l. si curatorẽ. C. de in integ. rest. do. Ias. in d. l. is cui bonis. ff. de verb. obli.

ne sententia? Videtur quòd non: quia tutor non debet dari puberi, & si datus est à iudice tutor ei qui iam erat pubes, licet datus sit ꝙ est habilis persona & habeat tutorem, vnde non valeat datio tutoris, vt ff. de tu. & cu. da. ab his. l. scire. quæritur ex quo iste non erat prodigus, sed detur ei tutor vel curator, non valebit ista sententia. glo. distinguit, aut exprimitur in sententia error iuris: quia dicit iudex, ego interdico tibi non prodigo: & tunc non tenet quod dicat iudex Titio, interdico bonis & dixit prodigo valet, vt C. quando prouo. non est nec. l. ij. ego dixi in casu isto: † si iudex scit ipsum non prodigum, siue esset expressus error, siue non valet, vnde intelligas ista verba si error iuris non sit expressus in sententia intelligunt, & si iudex gerebat in mente quòd non erat prodigus: si tamen nó expresit errorem iuris, ꝙ sententia teneat, nisi appelletur. Dico si tacitè fuit actum ꝙ iudex sciuit, hoc habeo pro expresso. lex quam allegant illi qui sic dicunt sic intelligitur, Titius non mortuus est, facit testamẽtum, & extraneum instituit hęredem, dicunt hæredes si qui venirent ab intestato, intestabilis fuit, quia impubes dicit. l. aut iudex pronũtiauit intestabilé, quia non probatũ fuit ipsum puberé & sic credebat ipsum impuberem, valet sententia si iudex credidit, sed impubes posit testari & pronuntiauit ipsum testabilé, sententia non tenet ipso iure, vnde non refert hoc casu an expressus fuit error iuris, vel non ar. l. C. de sen. quæ sine cer. quan. l. j. & ij. hæc sententia facit contra me. ff. de re iudi. l. cum prolatis. quia dicit ibi lex illa ꝙ iudex credidit, &

dit,& tamen sententia valet,& fuit ibi error iuris. Dico ꝙ lex illa habet plures intellectus, vnde non posset homo soluere per legem illã. Aliter soluo, si iudex pronuntiauit cõtra allegata contra id quod lex dicit non valeret, si error iuris non esset expressus, sed si contraxit legis etiam errore expresso in sententia, sententia valet nisi appelletur. nunquam ergo in casu nostro valebit nõ expresso errore. Dico quòd imposibile pręceptum non valet siue exexpressum sit, siue non: vt si sic dicat iudex, condemno te ad soluendũ Stichum si Stichus est mortuus. Dico ꝙ si dicat cõdemno te ad Stichũ mortuũ, certè non valet: quia imposibile ast per naturam soluere Stichum mortuum, & etiam posibilitas iuris & naturæ paribus pasibus ambulant, sed per ius est imposibile quòd impubes habeat tutorem, vel non prodigus curatorem: ideo dico ꝙ nõ valet indistincte datio tutoris puberi, vel curatoris non prodigo, siue expressus fuerit error iuris, vel non expressus. Dominus domini mei dicebat, si sententia sit lata de eo quod potest affirmari consensu duorũ, talis sentẽtia tenet: sic sentẽtia de eo in quo nihil operatur cõsensus duorũ, puta cõsentit quis vt sibi puberi detur tutor, iste consensus nihil operatur in talibus, indistincte sententia nõ valet, siue expressus fuerit error iuris, siue non. sed in primo casu sic, si non appelletur: quia ex quo consensus duorũ valeret, si non appellarẽ, videor consentire.

1 *Codicillos in seruitute factos quis factus liber confirmare potest.*

Vltimus, Eius qui apud hostes, &c. Ibi dicitur ꝙ si

quis fecerit testamentum antequam captus fuerit, & in captiuitate decedat, testamentum valet fictione legis Corneliæ. dicit gl. valet, quia lex Cornelia fingit ipsum mortuum prima hora captiuitatis. Sed opponitur vt si prima hora captiuitatis fuit seruus, ergo moritur, & sic testamentum eius non valet. Dico quòd aliud est mori, & aliud est mortuum esse: vnde dicit gl. & bene, fingitur mortuus esse prima hora captiuitatis. Et sic tempore quo moriebatur erat liber, imò dicit eripiebatur de seruitute in libertatem. Sed tunc est liber cum licet si dicat tunc erat seruus, imò factus cum factum est eripitur de libertate in seruitutem, vnde causa non est motus de albo in nigrum: dicitur album quousque deuentum fuerit in statum in quo verum sit dicere mutatum esse, & tunc primo dicitur niger sic est hic. Vltimo notabis quòd illud quod ab initio non valet, non potest confirmari ex post facto. Pone, seruus fecit testamentum in seruitute, moritur liber, vult ꝙ testamentum valeat, valebit ne? Certè non. † Sed pone in seruitute fecit codicillos, factus liber vult confirmare, valebúntne? 1
Certè sic. ff. de lega. tertio. l. prima. & §: his quibus. Dico nisi sint actus solenniores, non possunt confirmari exceptis factis si nõ fuerunt rectè vitiati: si sint minus solennes tunc possunt confirmari, vt in prædictis exemplis sicut litigare in iudicio si consideremus personam iudicis & litigatorum, scilicet habilitatem personarum litigantium. Sed hic litigare est solennissimus actus si consideremus actum vel rem de qua litigatur, sic iudiciũ est actus

non

non solennis. Considerando igitur iudicium ex ea parte ex qua est initiatum solennis actus, si sit minus rectè nõ valet. Vnde si propter inhabilitatẽ personarũ litigantiũ esset minus rectè initiatũ, nõ valet iudiciũ si sit ex parte rei vel actoris: quia agebã contra te rei vendicatione ad rẽ quã non possidebas pendẽte iudicio incepisti possidere, vel agebã actione mihi nõ cõpetenti fortè pignoratitia: quia non soluerem pendente iudicio incepit mihi competere isto casu, & si rectè non fuerit initiatum, initium tamẽ valebit ex postfacto. Ecce difficilior quęstio. Sententia lata est à non suo iudice, iudex ordinarius qui potuisset cõmisisse isti iudici qui sententiam tulit, ratũ habet quicquid fecit iste iudex, valebitne illud iudicium? Doctores dicunt ꝙ non, & hæc est difficilior quæstio contra primã, in prima terra cõmune redeo aliâs credo in j. terratu. ratio nulla: sed hic est aliqua, hoc estꝙ habes notatũ ff. de iud. l. licet. & ff. de inst. l. instat. Ad hoc quod dixi de j. quęstione facit ꝙ in personis maior solennitas attenditur, quã in rebus. C. de sacrosan. ecc. l. scimus.

De exhæredatione liberorum. Rub.

1 *Priuilegium concessum alicui quòd possit ædificare in loco publico in cuiuscunque præiudicium esset sine enormitate, an valeat.*

2 *Clausula generalis quando recipiat extensionem ad similes personas prænominatas.*

N*On tamen.* Dicit litera in sui principio, ꝙ si filius iam natus qui est in potestate sit præteritus, non valet testamentum ipso iure

iure, adeò vt ſi moriatur filius præteritus viuo teſtatore, non conualeſcit teſtamentum. contra. ff. de iniuſto rupto teſtamen.l.poſthumus. ſed illa lex loquitur in poſthumo, iſta loquitur in iam nato. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Ratio eſt initium bonum, multum operatur non præteritum, filio iam nato præterito ab initio nullum eſt teſtamentum, ideo conualeſcere non poteſt ex poſtfacto, ſed vbi repetitur poſſumus ab initio viuo teſtatore conualeſcere poſt teſtamentum. Et quod initium bonum & multum operatur habes. ff. de lega. ſecundo.l.cum filius.§.hæres.& ff.de furtis.l.qui vas.§.ſi ego. Sed contra iſtam ſolutionem arguitur in vtroque ſui membro, & ibi oſtenditur quòd in filio iam nato ſi moriatur ante teſtatorem, quòd conualeſcat teſtamentum. & illum caſum habes ff.de liberis & poſthumis.l.filio. Quidam dixerunt quòd hic loquitur de rigore, in contraria de ęquitate. Dico quòd hic loquitur in mortuo, vbi mortuus eſt præteritus; ſed lex contraria, vbi viuus eſt præteritus filius, ſed remittit ius ſuum, nec proſequitur licet poſſet dicere aliâs eſſe contra reſponſionem, in eo quod dicitur de poſthumo eſt lex.C.de poſthu.hæredi. inſti.l.prima. Dico quòd cùm dicitur quòd poſthumus præteritus ſi decedit poteſt conualeſcere teſtamentum, aut decedit viuo teſtatore, quia tuus, ſortitur nullàm efficaciam teſtamentum, tunc enim non valet, nec conualeſcere poteſt. ſic loquitur. C. de poſthu. hæred. inſti.l.j.& caue tibi, habemus hic quòd ſi filius in poteſtate eius natus eſt præteritus, non valet teſtament

testamentum,imò est ipso iure nullum, sine spe reconualescentiæ.Doctores tamen ponunt quòd in quo reconualescere potest. ff. de castr. te. catoñ. l. vltima.Si ipsi dicunt verum ad legem illam non potest conualescere,verum est,nisi sit talis institutus,qui si testamentum esset nullum, posset succedere ab intestato,& quod si ille qui sit institutus sit talis qui etiam ab intestato succederet, testamentum faciliùs conualescat.argumentũ est.ff. de vulga.& pupil.sub.l.filius qui patri. hîc dicitur quòd filiusfami.qui est in potestate debet nominatim exhæredari ad hoc quòd valeat testamentum. Et hoc dicebant quidam doctores domini mei. Dominus

1 meus improbat.Dicebat ille doctor. † Pone ego impetraui quòd ego possem ædificare, in loco publico in cuiuscunque prędiudicium modò esset sine enormitate,id est,sine enormi damno. Inde verò quærebat ille doctor,an valeret priuilegium illud, ex quo non sunt nominati qui læduntur.Item quærebat in alio responso,prætor scripsit pro aliquo, recipiatis talem in ecclesia nostra,non obstante si pro alio priùs scripsimus,an valeat,ex quo non est nominatus ille,pro quo aliâs scripserat? Dicebat, quòd in primo casu oportebat quòd ille nominaretur in cuius pręiudicium impetratum erat,quòd possent ædificare in loco publico, & hoc per legẽ istam:quia ille cui aufertur ius suum exhęredatur: & sic oportet exhæredare nominatim:quare deberent contineri in rescripto nomina singulorũ qui læderentur propter ædificationem in loco publico faciendam.Et similiter dicebat in secunda quæ-

stione, oportebat quòd nominatim diceret, non obstante Titio pro quo aliâs rescripsimus. Opponebatur sibi in prima quæstione, tota ciuitas læditur si quis ædificaret in loco publico, nam oportet quòd omnes nominarentur. & sic secundum eum oportet quòd pellis in qua rescribebatur, esset valde magna. Dico quòd falsò allegabat legem illam: quia si habeat testator plures filios, & dixit, exhæredo filios meos, videntur exhæredati omnes nominatim. Et hoc dicit glo. de libe. & posthu. l. Titius. & videntur nominati omnes de ciuitate cùm dicitur in cuiuscunque præiudicium: sic ipse dicebat nominatim exhæredari: quia plus læderentur cum clausula generali, † quia clausula generalis se extendit ad similes personas prænominatas *. Dico in vtraque quæstione quòd sufficit dicere generaliter, concedo quòd possis ædificare in loco publico in cuiuscunque præiudicium, si sit persona priuilegiata. Pone dicit imperator, concedimus tali & c. non obstante in cuiuscunque præiudicium factum sit, præiudicat viduæ vel pupillo, certè non valet in talium personarum præiudicium: quia si concedit imperator priuilegium in præiudicium talium personarum contra quas specialiter non rescriberet, aut de difficili rescriberet, arg. legis, quæ dicit quòd in generali obligatione non transeunt quæ specialiter non obligarentur. & verisimile nõ est debitorem specialiter obligare vt ff. de pigno. l. obliga. Et est arg. quasi expressum. C. quando imperator inter pu. & viduam. l. j. 3 *

* Personas prænominatas. Adde ꝙ clausula generalis restringitur ad præcedentia nominata si commodè referri põt, salua rõne recti sermonis, & si nulla causa est specificata refertur ad oĩa Bart. ĩ l. emptor. §. j. ff. de pac. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo ob. vbi dicit ꝙ nõ refertur ad dependẽtia in testõ. et qñ referatur ad specificata, & qñ non, vide per eundẽ in l. si seruus cõis sibi. ff. de stip. ser. Alexã. in cõsi. xlv. ĩci. paucis vtar. col. fi. in iiij. vol. Cy. in l. cum qõ. C. de l.ga.

1 *Posthumus præteritus an faciat testamentum nul*

nullum.

2 *Nepos præteritus quando faciat testamentum nullum ipso iure.*

1 *Posthumus* quoque &c. vbi dicitur, † quòd posthumus si fuerit præteritus non facit testamentum ipso iure nullum, imò valet ab initio, sed per eius natiuitatem rumpitur & effertur dixisse in quasi posthumo contrarium: quid sit quasiposthumus dicitur infrà eodem. §. posthumorum. Pone, hic filium habeo nepotem, ex filio nepos est quasi posthumus mihi quia operatur mihi seruus esse si ego pater moriar: vnde dicit Azo, quòd si prætereatur iste nepos est testamentum ipso iure nullum. Certè hoc falsum est per l. C. de adop. l. cum de in adoptiuis. §. quæ in filio. † Vnde dico quòd ab initio
2 non facit ipso iure nullum testamentũ nepos præteritus, sed post facto si decedit filius, viuo auo filio superstite nepote: quia tempore mortis aui reperitur nepos suus & non inuenitur institutus nec exhæredatus.

Fœminini quidem sexus &c. Ponitur differentia inter posthumos masculos & fœminas: quia fœmina nascitura, potest exhæredari. Pone, habeo vxorem grauidam, decedo, masculus nasciturus nominatim debebat exhæredari, aliter exhæredari non potest: quia antequàm sit natus non poterat nominari nisi sic, quòd in vtero: Dico antiquo iure in exhæredatione posthumæ quæ erat in ventre non oportebat facere mentionem de ventre, sufficiebat dicere, Titius hæres esto, cæ-

teri exhæredes ſunto. Sed in exheredatione poſthumi maſculi, oportebit facere mentionē de vētre: & quòd de vētre ſufficiat loqui dicēdo, venter exhæres eſto, probatur, ff. de iniu. & rup. teſt. l. poſthumi. §. nominatim. Quidam dominus domini mei dicebat quòd non ſufficit dicere, venter exhæres eſto in exhæredatione poſthumi maſculi vel fœminæ niſi eam nominatim exhæredaret: quod poterat, ſed nō erat neceſſe niſi in maſculo poſthumo; ſed ſic debet fieri ad hoc quòd nominatim exhæredarem, quicunque filius mihi naſciturus eſt, exhæres eſto: quia ſi diceretur ſic, venter exhæres eſto, poſſet eſſe quòd naſcerētur duo, & ſic filius & filia viderentur exhæredati: vt ff. de ven. in poſ. mit. l. j. §. quare. Vnde nominatim dicuntur exhæredati vt poſsibile eſt eos nominatim diſtinguendo inter maſculos & fœminas, dicendo ſic, ſi filia naſcatur, exhæres eſto. vel generaliter, quicquid eſt in vtero, exhæres eſto, facta diſtinctione maſculorum & fœminarum, dicendo ſic, quicquid eſt in vtero ſi ſit filius, hæres eſto vel ſi ſit filia exhæres eſto, quo caſu noluit teſtator exheredare maſculum vel fœminam. ſic loquitur lex. ff. de lib. & poſthu. vel generaliter fiat exhæredatio habita diſtinctione maſculi vel fœminæ, & hoc dicit in litera in ver. maſculo & in fi. aut poſthumus exhæredari non poteſt; quia non poteſt committere cauſam ingratitudinis: vt C. de inoffi. teſta. l. ſi quis in ſuo.

1 *Prouiſio Galli Aquilij quæ fuerit, & quæ legis Velleia.*

Poſthumorum. Ibi tractatur de quaſi poſthumis.

mis. §. superior de variis posthumis tractauit.
nesciat se instituisse pupillariter, ex quo impubes apprehendit hæreditatem, bene certus est substitutus vulgaris quòd expirauit, quæ sibi erat manifesta, quia aperta erat, sed pupillus qui est in alia parte testamenti posita, ex quo est legata & nõ aperta, substitutus ignorabit eã, & ratio substituti non machinabitur in morte pupilli. gloss. arguit contra consiliũ huius §. sed illa oppositio nõ valet: sed oppositio sit contra consilium. §. huius. & ostende ꝙ consiliũ non valet, in vulgari substitu. expressa continetur tacita pupillaris, vt ff. eo. l. iam hoc iure. & C. de impub. & aliis sub. l. quãuis. & sic cũ videbit substitutus vulgarẽ, nónne sciet se pupillariter substitutũ? ecce ꝙ istud consiliũ non operatur, dico ꝙ est contra imperitos, vnde dicũt isti, istud consiliũ est propter ignorantes: quia si esset peritus iuris eoipso, ꝙ videret vulgarẽ, intelligeret & pupillarẽ fuisse, hoc est absonũ dicere, posset dicere si vellet, ꝙ in vulga. nõ intelligitur pupillaris, sed econtra sic, sed qualiter hoc ecce ratio, quia in pupillari intelligit̃ vulgaris est, quia hæc causa, quia per † vulgarem habet testator hęredẽ, per pupillarem habet hæredem pupillus, vnde si vellet testator per pupillarem prouidere de hærede impuberi, verisimile est quòd etiam sibi prouideret, quia charitas prima incipit à seipso & ordinata: ideo in pupillari intelligitur vulgaris, & sic non est econtrà si sibi prouideat testator de hærede: per hoc non habes ꝙ ipse prouiderit pupillo arg. l. pręses. C. de seru. & aqua.. generali. dicã tamẽ vt cõmuniter dicitur in vulgari facta pupillo intelligitur pupillaris ad argumentum 1

mentum

mentum factum contra consilium §.huius, dico ꝙ hoc verũ est, quia in vulgari intelligitur pupillaris sed si exprimatur amplius, non intelligitur: ergo cùm hic fuit pupillaris expressa, amplius non intelgitur in vulgari: vnde cùm videbit substitutus vulgarem, non intelliget pupillarem quæ est contra
2 rationem. habes optimum argu.† quòd illud quod sub vno intelligitur, verum est, si illud non exprimitur ad hoc. ff. de re mili. l. Lucius Titius. §. idem, vsque ad finem. vel si intelligat eam fuisse expressam, nescit de quo sit expressa ex quo non est aperta, quia potest esse quòd de alio est pupillaris quã vulgaris, quia potest ita dicere testator: filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & si hæres non erit, Titium ei substituo, vel si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Seium ei substituo. Item aliud consilium dat iste §. quòd testator proprio lino & propria cera debet signare partem illam, in qua separatim & latenter est pupillaris substitutio. dicit glo. proprio lino & propria cera debet hoc facere, quia si alieno lino & aliena cera vendicaret eam dominus & sic aperiretur dominus meus de mosaico dicebat, quòd dominus suus tollebat istam iniquitatem, & dicebat quòd etiam si alieno lino signasset & sigillasset testator, tamen dominus eius non posset vendicare, vnde sicut cum ignorans tignum alienum apponit in domo sua non potest vendicare verus dominus, sed præstatur illi æstimatio duplex, de hoc non curo: sed verum est, quòd vendicare non potest, & est introductum hoc propter publicam vtilitatem: vt ff. de

rei ven.in rem actio.§.tignũ.ſic dicã hic, dominus non poterit vendicare ceram de qua factum eſt ſigillum in teſtamentis vel aliis inſtrumentis, quia ſi eſſet ſic,auferretur facultas probandi, & ſic eſſet contra publicã vtilitatem,ſicut ex alia parte contra vtilitatem publicam eſſet,ſi tignum vẽdicaret, vnde publicè intereſt,ne probationum facultas angustetur.C.de hæret. & ma.l.penult. in fine. ſed ad quid quæris mendicata ſuffragia:lex dicit ꝙ agere poteſt actione in factum,vt ſibi exhibeatur cera, in qua non habet dominium nec eſt ſibi debita, vt ff. ad exhibendum.l. iiij. ergo multò fortius ceram & ſigilla quæ nec ſua ſunt nec ſibi debita,poterit retinere,vnde dicit proprio lino; id eſt, diuiſo,& propria cera,id eſt diuiſa.& no.in gloſſ. certè in libro meo gl.ordinaria eo modo exponitur. Redeo ad illum §.qua ratione excitati in quo eſt gl .ſuper illo verbo exemplum,in qua continetur tota materia ſubſtitutionum:vnde † diſtingue : ſubſtitutio- 3
num alia directa alia obliqua.Directa fit,ſi talis hæres non erit:talis hæres ex toto obliqua dicitur fideicommiſſaria,& de obliqua nihil ad præſens. de iſta habebis infrà de fideicom.hereditatibus per totum.directa alia vulgaris,alia pupillaris,alia exemplaria,alia compendioſa,& alia breuiloqua : & ſic ſunt quinque genera directæ ſubſtitutionis vulgaris,dicit glo.eſt quę fit verbis negatiuis,ſic ſi Titius hæres non erit,talem†ſubſtituo. vulgaris tacita fit 4
verbis affirmatiuis:ſic duobus vel tribus hæredibus inſtitutis,dicat teſtator: quiſquis mihi hæres erit,ſubſtitutus hæres ſit, vel vos inuicem ſubſtituo,

tuo. ad hoc ff. de hære. instituen. l. cùm in testamento. §. verba gl. hic quòd dicit dominus Azo, in summa huius tituli. fortè posset dici expressa illa, quæ fit verbis negatiuis aut affirmatiuis, & vos dicitis vtrobique esse expressam vulgarem: dicit ipse in expressa pupillari, intelligitur tacita pupillaris, vt ff. eo. l. hoc iure. Item per hæc verba: Titius & Seius vter eórum nollet hæres esto mihi: per verba ista, vtérne colligitur substitutio vulgaris tacita, vt ff. de hære. insti. l. Seius & Titius. sed quare dicit dominus Azo, illa fortè est expressa quæ fit verbis affirmatiuis, sicut illa quæ fit verbis negatiuis. hæc est causa: quia vulgaris sortitur effectum etiam in casum negatiuum, scilicet si sit hæres non erit: & ideo nisi casus iste est expressus in quem sortitur vulgaris efficaciam, vulgaris dicitur expressa: malè ergo posuit fortè, quia in verbis affirmatiuis nunquam sortitur efficaciam, quia si institutus cui substitutus est vulgariter, adiret hęreditatem, & sic esset hæres expiraret vulgaris, vt C. de impub. & aliis substitu. l. post aditam. quia igitur casus negatiuus est ille in quo sortitur efficaciá, licet posset fieri verbis affirmatiuis, ideo cùm fit verbis negatiuis dicitur expressa, cùm fit verbis affirmatiuis dicitur tacita: & in pupillari non dicitur tacita vulgaris, quia similiter casus in quo sortitur effectum, scilicet negatiuus non est in pupillari expressa: dico quòd quandoque est vulgaris dubia, vt C. de hæredi. instituend. l. vltima. aliqua tacita vt in pupillari si pupillaris sic fiat: filium meum impuberem hæredem instituo, si filius meus in

pupill

pupillari ætate decesserit, talis sit hęres eius. hic est vulgaris tacita non de vi verborum. sic loquitur l. iam hoc iure. ff. eod. sed si fiat pupillaris substitutio vel verbis, quibus dicit eā fieri litera. §. eo. in principio, habet expressam vulgarem: sic instituo filiū meum impuberem hæredē, & si hæres non erit vel si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, cùm hoc totum sit in pupillari de vi verborum est expressa vulgaris. † Alia est pupillaris, & pupillaris alia expressa, alia tacita, quæ fit verbis negatiuis, & sic dicunt contrarium eius quod dictum fuit in vulgari: verbi gratia: instituo filium meum impuberem, & dico, si talis hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, talem ei substituo: hæc est expressa, vnde confiteor quòd casus in quo pupillaris sortitur efficaciam affirmatiuus est, erit hæres vel nō erit hæres, nihil facit: sed hoc, si in pupillari ætate decesserit, quia si erit hæres vel non erit hæres, diceremus eam expressam vel tacitam, cum filio exhæredato non posset substitui pupillariter expresse, quia non potest dici, si hæres erit: vnde illud nō est verū ꝙ expressa pupillaris fiat verbis affirmatiuis, tacita verbis negatiuis, cōsiderando ista verba affirmatiua & versatiua erit & hoc nō erit, hic dicitur expressa in illo casu in quo sortitur efficaciam: tacita pupillaris est in vulgari expressa, vt si dicerem sic filium meum impuberem instituo, & si hæres non erit, talem ei substituo, & talis est casus in quo sortitur efficaciam: & ideo tunc dicitur expresse, sed in primo tacita alia est exemplaris, & dicitur sic, quia ad exemplum pupillaris introducta est 5

cta est, vnde sicut voluit lex quòd posset pater testa ri filio, si decederet ante ætatem testabilem, sic in furioso voluit lex, quòd pater posset testari filio furioso, si decederet antequam fieret sanæ mentis. de ista tu habes C. de impube. & aliis substi. l. huma
7 nitatis. dicit hic glo. † quòd exemplaris differt in multis à pupillari, vnde concordo in pluribus: sed non imò dico, quòd in exemplari debet testator instituere certas personas, vt C. de impuber. & aliis substitu. l. humanitatis. sed in pupillari posse quencunque intelligo: tamen quòd si esset iste impubes, id est, in ætati stabili & testaretur, & illi qui tunc non relicta sibi legitima portione possent infirmare testamentum, posſint & nunc: cùm pater substituit alia est breuiloqua, & continet quatuor, & omnes expressas secundum Azo. Instituo duos filios impuberes, & dico, vos inuicem substituo: hæc continet quatuor expressas, quia quilibet est substitutus, alij in duobus casibus in casu vulgaris & in casu pupillaris istam vocat legem reciprocam, quia vnus substituitur alteri. ff. eo. iam hoc iure. & l. Lucius. sed quomodo expressæ sunt, quia expressa vulgaris quæ habet casum expressum, & expressa pupillaris quæ habet casum pupillarē? Hugo di-
8 cit fortè tacitè. † Azo dicit quòd expressè, & hoc probat sic: quia tacita pupillaris non nocet matri, vt C. de impube. & aliis sub. l. precibus. sed illa quę fit per hæc verba nocet matri, vt ff. de vulg. & pup. l. Lucius. ergo, &c. dico quòd Azo verum dicit, quia hic sunt quatuor expressæ, & in pupillari si fiat illis verbis, quibus lex voluit eam fieri. s. eod. in prin.

in prin.est vulg.expressæ. sunt igitur hic quatuor expressæ: vos inuicem substituo, cùm hoc sit in persona duorum impuberum: hic dico illud expressum quod potest habere de vi verborũ, illud tacitum quod non potest habere de vi verborum, sed iuris interpretatione impuberem instituo, si dico, si hæres non erit, talem substituo: non habetur ista si hæres eris, & in pupillari ætate decesseris, talem tibi substituo: & ideo de vi illorum verborum nõ est pupillaris in ista vulgari, sed tamẽ dicit substituo: pro hoc verbum substituo, intelligitur tam vulgaris quàm pupillaris: ergo vtraque de vi verborum intelligitur, vt ff. de seruitu. vrba. prædio. l. si seruitus. † Et generaliter dictum generaliter in- 9
telligitur: vnde dico quòd per illa verba habentur quatuor expressæ, & in pupillari est vulgaris expressa, quando fit eo modo quo litera nostra dicit in principio, alia est compendiosa, & hæc quandoque continet tres expressas, nec potest continere plures, verbi gratia: dicit miles, instituo filium impuberem, & quandocunque decesserit, talem ei substituo: & hæc est vulgaris, si non erit hæres & pupillaris si hęres erit, & in pupillari ætate decesserit, & fideicommissaria si post pubertatem decesserit: & hoc si mater non est in medio: quia si est in medio mater & decesserit, post pubertatem ista instituit: est quædam specialis substituo iure militari facta, quia post pubertatem obligatur hæres ad fideicommissarium hoc fauore matris cũ est in medio: & ideo non existente matre in medio, nõ obligatur: imò venit substitutus iure directo, hoc pro-

batur

batur ff.de testamento mli.l.miles.§.j.& C.de impube.& aliis sub.l.precibus. In ista compendiosa sic distinguo:aut fit à milite & tunc,aut fit puberi, aut impuberi,si puberi,tūc continet duas: vnam vulgarem,si hæres non erit:aliam intra milites specialē, si hæres erit:& quandocūq; decesserit si fiat impuberi quem habet miles in potestate, aut est mater impuberis viuens & continet tres,vulgarem & pupillarem,& fideicommissariam,eo decedente post pubertatem si mater non sit in medio,non obligatur nec trahitur ad fideicommissum, sed competit directo.Sic loquitur l.precibus.C.eod.& l. Centurio.ff.eo.si fiat à pagano aut in testamento, aut in codicillis,si in codicillis fiat quibuscunq; verbis fideicommissaria est quandocunq; institutus decedit,quia directò non potest valere in codicillis, ideo valet vt valere potest,vt ff.ad Trebel.l.Scęuola.si in testamento,aut fit ei cui non potest substitui pupillariter,vt quia instituo extraneū:& sic dico quandoq; decesserit,talem substituo,habet duas vnam directam aliam fideicommissariam: directa est si hæres non erit,fideicommissaria si hæres erit & quandocunq; decesserit, argu. l. ex facto. ff. ad Trebellianū. si fit à pagano ei cui potest substitui pupillariter.Azo distinguit,aut fit his verbis quādo cūq; decesseris talis hæres esto.duas habet vulgarē & pupillarem:vulgarem,si hæres non erit,pupillarem si hæres erit,& in pupillari ætate decesserit si post pubertatē decesserit nullā,quia vsq, ad tēpus istud potuit valere iure directo:ideo post pubertatē lex noluit eā obligari.Ita loquit' ff. eo.l.verbis

ciuili

ciuilibus.& l.in pupillari:aut his verbis, quandocunque decesseris talem tibi substituo.duas habet, vulgarem si non sit hæres, & fideicommissariam quãdoq; decesserit etiã post pubertatẽ.† Quia ver 10
bum substituo,* est verbum quod ita potest adaptari ad fideicommissariam sicut ad directam, vt C.de insti.& sub.sub conditio.fac.l. generaliter.& verbum simpliciter prolatum debet intelligi in significatione illa,in qua omni casu potest habere locum,& illa est fideicommissaria substitutio, siue ante pubertatẽ siue post decesserit.l.in testa. C. de testa.mi.& C.de impub.& alijs substi.l.ij.aut fit his verbis:quandocunque decesserit sine liberis, talis hæres esto.dicit Azo quòd in casu isto solum continet fideicommissariam,scilicet, si post pubertatẽ decesserit,quòd habet locum fideicommissaria nõ pupillaris,& in pupillari ætate decesserit:quia certum est,quòd si in pupillari ætate decesserit, decedet sine filiis:quia in tali ætate liberos procreare non potest.aut fit his verbis:si decesseris in pupillari ætate,talem tibi substituo:vel postea sine verbis quandocunque talem vos substituo.& auth.pubertatem.& est pupillaris postea fideicommissaria.

1 *Testamento paterno inualido non valet pupillare, & quando.*

2 *Testamentum quando fiat nullũ ipso iure per bo.pos. Testamentum cùm sit de iure ciuili rumpitur in totum per querelam.*

Liberis. † Ibi dicitur,quòd pupillaris substitutio 1
est sequela paterni testamenti,& ideo si paternum testamentum non valet neque pupillare. & hoc est verum

* Verbũ substituo. Adde q verbũ substituo appositũ in persona aliorũ duorũ substitutorũ appellat verbum cõmune secũdũ Alex. in cõsi. xij.incip. attentis verbis, versi. Et constat,in j.colũ. in iij. vol.per gl.& doct.in l.precibus. C. de impub. & aliis subst. & glo. in §. extraneo. hoc titu.,& doct. in l.iam hoc iure.ff.de vulga. & pupil. Bal.in l.in testamento ix. q.C.de testa. mili.& doct. in l recusare. §. Titius. ff. ad Treb. vbi de isto verbo latè.

verum dicit glo. non valeat pupillare testamẽtum non solùm si tastamentum paternum non valet ab initio, imò si ex postfacto euanescat, & pupillaris substitutio euanescit: & hoc verum, si paternum testamentum rumpitur in totũ ꝙ rumpatur pupillare, si totum testamentum paternum per ius ciuile, scilicet querela, sed si per bon. pos. contra tab. tenet substitutio: vt ff. eo. l. ex duobus in fine, ratio diuersitatis est: † quia testamentum est de iure ciuili: & ideo per querelam quæ est de iure ciuili rumpitur in totum, & quo ad substitutionẽ, sed per bon. pos. quæ est de iure prætorio non, quia nõ potest facere prætor, ꝙ ille qui semel fuit hæres quòd non sit hæres. ĩ. de bon. pos. §. quos autem, sed cùm impugnatur testamentum per bonorum possesionem contra tab. aut petitur bon. pos. contra tab. ante aditam hæreditatem, & tunc facit testamentum ipso iure nullum, aut post aditam, & tunc facit nullum iure prætorio: vnde glo. dicit hic simpliciter, quòd per bonorũ possesionem non fit nullum: malè dicit, imò debet distingui, & alibi ita distinguit: vt C. de col. vt liberis, sed ego dico quòd per bon. posses. cõtra tab. siue ante aditam hæreditatem siue post expugnatur testamentum vt sit nullum ipso iure, sed iure prætorio tantùm: quia non potest facere prætor, vt dictum est: sed videtur quòd regula illa non valeat, quòd si testamentũ paternum rumpitur per bon. posses. contra tab. quòd substitutio non remaneat, quia pupillares tabulæ dependent ex testamẽto paterno, quia si paternũ rũpitur iure ciuili similiter pupillares tabulæ, & si iure prętorio similiter

pupillares tabulæ:& ad hoc non rñdet domi.meus.

Singulis autem. Iste §.dicit, quòd si pater habet plures impuberes,& substituat nouissimo moriẽti ius succedendi ab intestato,inter alios verò non videntur inuicem substituti:vt ff.de leg.ij.Titia Sę io.dicit glo.ꝙ in illa lex fuit plus quàm substitutió facta vltimo moriẽti,quia dictum fuit,partes suas alienarent:vnde ex verbis prohibitæ alienationis præsumimus fieri substitutionẽ inter fratres : dico quòd falsum est:ex illo non tollitur,sed legauit testator vni ex fratribus prætorium:rogauit vltimo decedentem de restituendo substituto: sed vltimo decedens quomodo restitueret totum nisi vellet testator quòd totũ deueniret ad vltimũ? Hoc est per substitutionẽ nõ ab ĩtestato sed per ius accrescẽdi.

Quibus mod.testa.infirmẽtur. Rub.

1 *Testamentũ rumpitur arrogato filio,nisi ipsum prius instituerit arrogator.*

2 *Testamentum ingressi monasterium rumpitur per ingressum,nisi in testamento monasteriũ instituerit.*

3 *Testamentũ primũ quando rumpatur per secũdum.*

4 *Sententia prima non inualidatur per secundam latam ab eodem iudice.*

5 *Fideiussores dati in causa prima renouandi in causa appellationis & quando,& nu.6.*

T*Estamentum iure factum.* Et dicitur hic, quòd si quis post testamentum factum adoptauit filium,testamẽtũ rumpitur: debes scire in isto adoptiuo ꝙ si ipsum institui

institui antequã adoptarem, non rumpitur testamẽ
tum, sed exhæredatio facta de eo antequã adopta-
retur non facit valere testamentum: vt ff. de liberis
1 & posthumis. l. filio. §. vltimo. & ff. de bon. pos. con-
tra tab. l. non putaui. §. si emancipato. † Habes ergo
hic, quòd si quis facit testamentum, postea arroget
filium, quia quasi filius nascitur rumpitur testa-
mentum, nisi ipsum primo instituerit: quia tunc
non rumperetur per iura allegata: si quis fecerit te
stamentum antequàm ingrederetur monasterium,
cùm ingreditur, nascitur sibi filius, quia monaste-
2 rium dicitur eius filius: ideo rumpitur eius testa-
mentum † nisi in testamento monasterium institue
rit: ideo consilium est huius legis & legum præal-
legatarum: si quis facit testamentum quod insti-
3 tuat antè, & sic per eius ingressum non rumpere-
tur eius testamentum. † Alius modus rumpendi
testamentum, scilicet si fiat secundum testamen-
tum, tunc rumpitur primum. iste modus tangitur
in §. posteriore. dicit gloss. & bene, per secundum
rumpitur primum, non solùm si secundum con-
4 tradicat primo, imò etiam si concordet: quia se-
cundum valebit non primum. † Sed aliud est in sen
tentia, quia si sententia ab eodem iudice, & super
eodem lata sit secunda, valet prima, secunda non:
vt ff. de re iudica. l. iudex. & est ratio, quia ambula-
toria est voluntas defuncti vsque ad mortem. au-
thenti. licet ei mutare. quandoque vult vt C. qui te-
stamen. facere pos. l. si quis impubere. & ff. de adi-
men. & transf. lega. l. iij. in fin. sed iudex ex quo se-
mel protulit sententiam, functus est officio suo,

ideo prima valet, & non secunda, sed si quis priore, &c. ibi dicitur, ꝙ secundum testamentũ valet, sed in eo confirmetur primum. arg. dicit glo. quòd si sententia prima confirmetur per sententiã appellationis, ageretur vt ex sententia lata in causa appellãdi, vt ex prima; quia vt quòd sit in casu: vnde sic dico in casu alio, ꝙ ex prima sẽtẽtia agitur, ex prima dicit gl. tunc demum cùm est cõfirmata per causam appellationis, sic ex placito permutationis agitur reũ secuta: quia rei executio cõfirmat: vnde non ex traditione agitur sed ex placito præcedẽte demum confirmato per rei traditionem: sed domi nus meus dicit modo ꝙ semper agitur ex sẽtẽtia appel. siue iudex appel. confirmat primam, siue ferat sententiam contrariam. † Vna ratio est: iudex appellationis demandat sententiam executioni: vt C. de appel. l. sancimus. circa medium, & C. de epis. aud. authen. si quis litigantiũ, sed si ageretur ex prima sententia, iudex à quo appellatum est, demandaret eam executioni: ergo, &c. † Item quòd appel. extinguitur pronũciatum, & sic obligatio quæ fuit nata ex prima sententia extincta est: & obligatio extincta non resurgit: ergo, &c. item fideiussores dati in causa prima renouandi sunt in causa appellationis, si feratur sententia contraria primæ, vel prima confirmatur, primum probatur. ff. iud. sol. l. ij. & iij. in prin. l. & cùm apud: sed si agatur ex prima sententia, ex hoc essent fideiussores primi obligati: ergo, &c. est casus vbi tenet primum testamentum, vbi non vltimum per verbum vltimi: vt ff. de hæredi. insti. l. vltima.

5

6

Alio

Alio quoque modo,&c. Testamentum superioribus tribus modis vidistis ꝙ ipso iure annullatur: sed per quartum modum qui hic tangitur; scilicet per capitis diminutionem minimam, non tollitur ipso iure. dicit Pla. capitis diminutio est de iure prætorio: testamentũ est de iure ciuili : sed falsum dicit, vnde errauit & iure puerili. imò capitis diminutio est de iure ciuili,& est actꝰ ciuilis: vt s. de legitima agna.tu.in fi.ad hoc enim est in auth.cũ se.quæ de digni.circa prin.& in casu.§.sequentis sequitur, non tamen per omnia,&c.necessaria est bo.pos. secundum tabu.quia cùm aliquis facit instrumentũ, & postea patitur capitis diminutionem obliquam, si tamen inuenit se in statu priori tempore mortis, iure ciuili non potest adiri hæreditas ab hærede, sed petitur bo.pos.secundum tab.ideo hoc tantum casu necessaria est; sed pone ꝙ tabulæ non extant: quid fiet de iure ciuili, audire non potest: Item nec petere bo.pos.secundum tab. quia illa locum non habet nisi demum tabulis existentibus : vt ff.si tab. test.nullæ extab.l.j.videtur ergo omni auxilio destitutus: dominus meꝰ hic voluit dare aliud cõsiliũ.

1 *Testamentum non infirmat ex eo solo quòd testator dixit, nolo testamentum meum valere.*

2 *Testamentum quando rumpatur,& quando & qualiter hoc cognoscatur.*

3 *Institutio hæredis est caput,& fundamentum totius testamenti.*

1 *Ex eo autem.* † Ibi dicitur, quòd si testator fecerit testamentum: si postea dicat: nolo testamentum meum valere ex eo solo, quòd hoc dixit: nolo testa-

mentum meum valere.non infirmatur:vt hic §.& ff.de testa.& quęad.testa.infir.l.sancimus. ideo & si quæratur de testa.rumpendo vel annullando,do tibi artem,† vt scias quando rumpatur testamentũ, 2
& quando non:quia aut post testamentũ factũ contingit vnus de quatuor casibus huius tituli,aut nõ si sic rumpitur testamentũ,si non,aut intentata est querela vel bo.pos.contratab.& quo modo annullandum est,quia per querelam & simpliciter ipso iure per bon.pos.contratab.iure prætorio aut testator post testamentũ factum mortem sibi consciuit, aut dãnatur eius memoria,& tunc annullatur: aut post testamẽtum cùm testator esset furiosus, hæredes non curauerũt eũ, aut captũ eũ nõ redemerũt, & tũc annullatur,vt in authen.vt cùm de appel. cogn.§.cùm de parentibus.& §.si vnum. olim istis casibus deficientibus,si quæratur an testamẽtũ annulletur,distinguo:aut testator post testamentũ processit ad aliud testamentũ,aut non:si non processit ad testamentũ, tamẽ volebat valere testamẽtũ iam factum:aut fecit in verbis aut processit ad factũ, si stetit in verbis aut in istis verbis tantũ,primũ testamentũ valere volo:aut quæritur de legatis, an annullata sint,aut quæritur de restitutione: si quæritur de legatis,dico ꝙ annullata sunt ope exceptionis,vt ff.de testa.mil.l.milites.§. veteranus. si quæritur de institutione,aut nõ est elapsum decenniũ, & tunc non destantibus illis verbis tribus testatoris,testamentũ meũ nolo valere,tenet institutio: aut cum illis verbis,lapsum est decenniũ,ꝙ intelligitur ex tẽpore testamẽti facti,nõ tẽpore prolatio-
nis

nis verborum,& tunc institutio cassa est, vt C. de testa.l.sancimus.& est plana ratio diuersitatis prædictorũ,quia fortior est institutio quã legata†quia institutio est caput & fundamentũ totius testamenti:vt ĵ.de leg.§.ante hæredis institutionem:ideo facilius annullantur legata quàm institutio,si autem testator non stetit in istis verbis tantũ,nolo valere testamentũ meum:quia hæredes mei indigni,&tũc fisco:vt C.de his qui.vt indi.l.hęreditas.ff.eo.l.cùm tabulæ.§.vulgo.Si autem testator non stetit in verbis tãtùm,sed processit ad factũ, vt quia processit ad actum cancellandi aut actum destruendi, si ad actum destruẽdi quia remouit sigilla,aut hoc fecit propter delicta varia hæredũ,quia nolebat decedere intestatus,scilicet propter delicta hæredum, tũc fisco applicatur hæreditas,& tenetur fiscus præstare legata.Si autem quia vult decedere intestatus, tunc veniunt venientes ab intestato, nec teneatur ad legata.ff.de his quæ in testa.delen.l. proxima.& l.vltima.& C.de his quibus vt indignis.l.hęreditas. quid in dubio dicit glos. ꝙ præsumetur ꝙ propter demeritum hæredis destruxerit hæc glo.C.eo.l.nostram,sed ego dico contrà per illud generale præsumitur bene meritus qui nõ probatur demeritus vel malus:vel potes distinguere, vtrũ ex parte maiori inciderit vel ex parte minori,non approbo:vt C.de edicto diui Adria.tol.l.vltima.licet quidã ita distinxerunt.Si autẽ processit ad actum cancellandi,dico non cancellata rata esse, & cancellata esse irrita:vt ff.de his quæ in testa.delen.l.penul. & hoc vbi processit ad factum,si processisset ad aliud te-

ſtamentum,diſtinguo,aut proceſsit ad aliud teſtamentum & ipſum perfecit, aut non perfecit,ſi non perfecit,aut primum erat minus ſolēne,tunc reuocatur de teſtamento militis.l.eius militis.§.militia miſſus,ſed primū aut erat ſolenne, aut nō perfecit: quia non potuit ſi non fecit,quia pœnituit omnia manēt rata & firma,ſiue erāt in primo teſtamēto ſi ſecundū non perfecit:quia non potuit legata in primo ope exceptionis annullari,ſed inſtitutio eſt rata:vt ff.de adimē.& transfe.legā.l.ex parte. ſi perfecit ſecundū aut ſolenne aut minus ſolenne:aut primum ſolenne teſtamentū & ſecundum perfectum, licet minus ſolenne ſic ſe habeat, quia in vltimo reſtituti ſunt venientes ab inteſtato in primo alij,aut res aliter ſe habet.in primo caſu primū nullum eſt, ſi res aliter ſe habet primum ratū habet:vt C.de teſtamen.l.hac conſultiſsima.§.penul.ſi autē eſt vltimum ſolēne ſicut primū,aut in primo erāt inſtituti liberi aut non:ſi in primo erāt inſtituti liberi,manet ratum non obſtante ſecundo,niſi in teſt. ſecundo fiat mentio de primo:vt C.de teſtā.auth.hæc inter liberos,ſi nō erant inſtituti in primo liberi, aut primū derogatoriū ſecūdi:nam ſi primū erat derogatoriū ſecundi,primum tunc manet,niſi de primo fiat mentio in ſecundo.ff.de leg.iij.l.ſi quis, in prin. ſi primum nō eſt derogatorium ſecundi aut in vltimo ſolenni ſunt inſtituti capaces aut non capaces, ſi capaces indubitanter rumpitur primum, aut nō capaces non habent hæreditatem,ſed defertur primis inſtitutis in primo:vt ff. de his quib. vt indig. l.cùm quidam.

De inof

De inofficioſo teſtamento. Rub.

1 *Teſtamentum dicitur inofficioſum, ſi pater filium non inſtituit ſed exhæredat.*

2 *Querela eſt quoddã inofficioſum iudicis, non autem accuſatio neque actio.*

Querela nunquid ſola intentabitur aut cum ea intentabitur petitio hæreditatis, & quæ ſit practica.

3 *Querelam inofficioſi an habeant aſcendentes per lineam maſculinam in teſtamentis deſcendentium.*

4 *Frater vel ſoror non admittetur cõtra teſtamentum fratris, niſi perſona turpis vel infamis inſtituatur.*

5 *Fratres vterini habent querelam ſicut cõſanguinei. Differentia ſexus eſt hodie ſublata, & hoc verum eo mortuo abinteſtato, de cuius bonis agitur, ſed in teſtamento nihil immutatur.*

6 *Filij fratrum præmortuorũ an admittantur ad querelam patrui ſui, ſicut pater eorum admitteretur ſi ſuperſtes eſſet.*

7 *Querela quibus liberis detur.*

8 *Querela cum ſit de iure ciuili, an detur emancipatis qui de iure ciuili ſunt incognati.*

QVia plerunque parentes, &c. Hic tractatur de inofficioſo teſtamento: de hoc eſt ratio nominis argumen. dicitur inofficioſum teſtamentum, & querela inofficioſi teſtamenti: inter patrem & filium verſatur officium pietatis, vnde officium eſt pietas parentũ ad filios, vt C. de ali. prȩſtan. vel alimẽta obſequiũ ꝓpriũ liberti partonũ, vt C. de ne. ge. l. officio. nec minꝰ obſequio. l. vno obſequio, cũ de corrigẽdo

se dicit hic religio hominis ad Deum, vt ff. de iusti. & iur. l. veluti † si pater nõ exerceat istud opus pietatis erga filiũ, quia nõ instituit, sed exhęredat, dicitur inofficiosum testamẽtũ, & dicitur fieri vt dicit litera quasi à demẽte, nõ quasi furioso: videtur sibi cõtradicere litera: sed dic quia in primo casu dicitur in litera qđ à quasi demẽte, non quasi à furioso: videtur sibi cõtradicere litera, sed dicit qđ in primo casu dicitur in litera qđ à quasi demẽte fit, & sic quasi est expressiuum similitudinis nõ designatiuũ veritatis. In secundo casu dicit litera qđ dicitur fieri, nõ quasi à furioso sic quasi est expressiuum veritatis, sic vides. ratio tantũ nominis qa dicitur querela inofficiosi testamẽti quærit gl. † quid est querela, dicit qđ est officiũ iudicis *, & hoc satis probabiliter potest dici, quia nõ est accusatio: quia nõ agitur ad pœnam corporalẽ vel pecuniariam: non est actio, quia non petitur aliquid dari vel fieri ab aduersario: ideo est quoddã vitium quod erit querela: vnde satis potest dici ꝙ est officium iudicis qđ imploratur à filio exhæredato immerito, vt pronũtietur testamentum factum contra officium pietatis non valere. Caue, nunquid sola querela intentabitur aut cum eo intentabitur petitio hæreditatis? hæc est doctorum sententia, ꝙ qui intentat querelam nõ intentat petitionem hæreditatis: quia petitio hæreditatis competit hæredi lege, si hæres non est ante prolatam querelam, imò institutus: ideo eã non intentat cum querela. Alij dicũt quòd imò simul potest intentari: & de hoc habes ff. eo. l. cùm de inoff. test. ego dico ꝙ bene dicunt isti & illi, qui inten

* Est officiũ iudicis. Adde ꝙ querela nõ est actio nec accusatio sed quoddã officium iudicis Bart. in l. nã & postea. §. si minor. ff. de iureiu. Et ꝙ sit mediũ cõcludẽdi ĩ querela ĩofficiosi vide per eũdẽ in l. ij. ff. de inoff. test. Aduerte tñ ꝙ querela inofficiosi testamẽti vocatur accusatio secundũ Bart. in l. j. §. sciendũ. ff. de suspect. tu. Aduerte etiã ꝙ querela non cõpetit vbi quis habet aliud remediũ Bar. in l. Papinianus §. si quis impubes. ff. de inoffic. testamen.

tentat querelam,potest intentare petitionem hære ditatis si vult,dixi de rescissoria simul possunt intentari.hoc dixi infrà de actioni.§.rursus.querela est officium iudicis rescindens testamentum, quo rescisso,competit petitio hæreditatis:& ideo possunt intentari.& dicet sic in libello filius exhæredatus:peto rescindi per querelam testamentũ,& mihi restitui hæreditatem,per petitionem hæreditatis sic intelligo.l.qui de inofficioso testamẽto.ff. eodem.quæritur quis intentat?dico quòd filius exhæredatus in testamento ascendentium per lineá masculinam habet querelam inofficiosi non præteriti: sed habet bonorum possesſionem contratabulas.& quod dixi,quòd filij exhæredati in testa mentis prædictorum habent querelam,hoc est verum de illis qui ritè sunt exhæredati,licet non rectè.ritè respicit formã,rectè respicit causam vtrũ fuerit iusta vel non,vnde potest esse ritè exhæreda tus,non tamen rectè quod probatur.ff.de bonorũ possesſione contratab.l.non putauit.§.nõ quæ vis.

3 †Item contra, ascendentes per lineam masculiná exhæredati in testamentis descendentium per lineam masculinam ritè exhæredati habent querelam inofficiosi: sic loquitur totus iste titulus. ff.si quis à parente fue.manu.sed hæc differentia nõ est reuocata aliquo iure liberi si ibi fuerunt pręteriti, qui sunt in potestate defuncti,dicunt ipso iure nullum:si non,quia emancipati impugnant per cõtratabulas.sed ascendentes nunquam dicunt nullum ipso iure testamẽtũ descendentiũ,sed habẽt querelá exhæredati vel bo.pos.cõtrata.si fuerunt pręte

riti in descendentibus per lineã fœmininam, & in ascendẽtibus habet locum iste titulus, scilicet querelam inofficiosi testamenti, siue præteriti, siue exhęredati: non enim habet locũ bonorum possessio contra tab. l. illud. §. ad testamẽta. & in ista linea fœminina nullo iure, & testamentum ipso iure nullum, nec cõpetit vt dixi bonorum possessio. cõtra tab. veniamus ad lineã collateralem: non habet ibi locum contra tab. sed querela inofficiosi testamẽti duntaxat, & in casu, vt si frater instituat turpem personam, frater vel soror cõsanguineus & etiam vterinus tantũ exhæredatus vel præteritus, exhęredata vel præterita habet querelam inofficiosi testamen. vt ff. de inoffi. test. l. fratres. In ista linea transuersali pone in casu querelam in quo dixi, quando frater vel soror consanguineus fratrem vel sororem consanguineam exhæredat, & turpem personam instituat; & circa hoc notabis tria. glo. nostra vbi loquit de infamia facti, facit repelli à querela, vt C. de inoff. test. l. fratres. dicunt doctores nostri, faciunt admitti ad querelam. †Frater vel soror nõ 4
admittetur contra testamentum fratris, nisi persona turpis vel infamis sit instituta, dicta l. fratres. dico vtrunq;, bene dicitur Catelina: sed ego video si ponatur quòd frater sit turpis persona sicut institutus, nõ habebit frater querelam in testamẽto fratris, imò repelletur arg. ad hoc. C. de inoff. testam. lege antea. †Secũdò notabis, ꝙ fratres cõsanguinei 5
habent querelam non vterini: hodie vt dicunt quidam, hoc corrigi, cùm hodie sit sublata differentia agnationis, vt in authen. de hæreditatibus quæ ab

intest.per totum potest dici contrarium,vnde differétia sexus sublata est:hodie verũ est eo mortuo ab intestato, de cuius bonis agitur, vnde de successione ab intestato,sed in testamẽto nõ inuenio, mutatũ est igitur, vt C.de testamen.l.sancimus.&
6 C.de appella.l.præcipimus. † Notabis tertiò in linea transuersali:stat querela in personis fratrum, & vltrà non extenditur:nunquid hodie filij fratrũ præmortuorum admittantur ad querelam patrui sui,scilicet fratris sui patris,sicut pater eorum admitteretur?dicunt quidam ꝙ sic:filij fratrum succedunt sicut & pater:& hoc dicunt vt prius arg.in auth.de hære.quæ ab intesta.def.§.relinqui.& arg. in auth.vt fratrum filij,circa principiũ.dicimus ꝙ non vt prius.& loquitur auth.de hære.quæ ab intesta.& l.nos loquimur hic de testamentaria in qua non inuenitur correctum:stet ergo.C.de test.l.sancimus.& C.de appellatio.l.præcipimus.hoc est verum,si filij fratrum sicut soli non habent querelã, nec intermissi sint soli. Pone,habebat testator qui turpem personam instituit fratrem consanguineũ & vterinũ,consanguineus intentabit querelã,hoc planum est ꝙ poterit,& sic facit locum fratri successuro ab intestato,& sic vterinus veniet cũ consanguineo,quod credo,nec hoc potest negari,quin differentia sexus in successio.ab intestato sublata sit per authen:illam de hæredi.quæ ab intestato.similiter & filij fratrum veniẽt,ex quo est locus successioni ab intest.& sic per obliquũ admittetur ad querelam,si quo ad querelam effectũ,dicit glossa, mittũtur hoc casu fratrũ filij,& sic vterinus cũ fra

tre

tre cõſanguineo ad ſucceſsionem fratris expugnato eius teſtamento per fratrem conſanguineum, tamen alio iure: quia conſanguineus frater admittitur, ſuccedit ab inteſtato, argumen. ff. de bo. poſſ. contratab. lege filium. dominus domini mei, ſcilicet Ioan. de mona. dicebat contrarium, quia frater conſanguineus ex quo ſic laborabat ſolus intẽtando querelam, & ſolus faciebat expenſas, ſolus habebit commodum ad iura contraria, quæ dicunt, quòd ab inteſtato ſimiliter admittetur vterinus conſanguineus: inſuper & filij fratrum, vt in auth. de hære. quæ ab inteſta. §. j. in auth. vt fratrum filij, circa principium. verum eſt dicebat ipſe, ꝙ ſimul ab inteſtato prius facto, vt ff. de inoff. teſta. l. nam & ſi parẽtibus. vltimum. & l. ſanctio legũ. & ſic vides in quorum teſtamentis habet locum querelã. † Videamus quibus liberis detur querela: & datur liberis naturalibus & legitimis: hoc certum eſt dicit textus. adoptatiua demũ de inofficioſo agere poſſunt, ſi nullo alio iure ad bona defuncti venire poſſunt. nã ſi iure alio venire poſſunt, inofficioſo agere nõ poſſent. dicit textus adoptati. glo. dicit arrogati. dico ſi litera diceret non poteſt ſtare, quia arrogati habent conditionem ex lege, vt ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. § ſi impubes. ergo ſi alio iure poſſunt ſuccedere, non habent querelam vt dixit tex. vnde non poſsit ſtare litera arrogati, vnde hic accipitur adoptati in genere. adoptati habent querelã arrogati, vt dictum eſt: adoptio ſub ſe cõtinet adoptionẽ propriè dictam, & arrogationem. olim trãſibãt adoptati in poteſtate patris adoptantis, & habebant 7

bebant querelam.hodie si hi sint adoptati à persona cõiuncta,transeunt in eius potestatem.& idem dicit hodie quod olim,vt habeat querelã:sed si per sonæ extraneæ sint,nõ transeunt in eorum potestatem:& ideo nõ habent querelã.hoc probatur C.de adoptio.l.cùm in adoptiuis.& suprà de adoptioni-
8 bus.§.sed hodie. † Et nota quòd adoptati quandò adoptantur à persona coniuncta,habent querelã manentis in potestate,sed vniuersales & legitimi, & manentes,& exeuntes habẽt querelam:sed tunc quia querela est de iure ciuili,qua ergo ratione dabatur emancipatis qui sunt incogniti de iure ciuili,vt infrà de hæreditatibus quæ ab intesta.§.emancipati.dicunt ꝙ hoc est per prætorem,quòd admittuntur ad querelã:sed est ne in potestate prætoris dare auxilium de iure ciuili?imò si iurasset nõ posset dare querelam inofficiosi:quia per querelã desinit esse hæres institutus,& prætor nõ potest facere de aliquo qui fuit hæres ꝙ nõ sit hæres,vt infrà de bonorum possessione.§.quos autem.dico ergo ꝙ emancipatus habet querelam per nouas leges:quia lex duodecim tab.nõ cognoscebat eũ:sed iste emãcipatus debet primo impetrare bo.poss.decretalẽ. Dicunt doctores,emancipatus est incognitus iure ciuili:repelletur à querelà:ideò oportet ꝙ habeat insignia prætoris,per quæ admittetur ad querelã, & hoc per bo.pos.decreta.sed sicut dixi,si iurasset prætor,nõ posset dare intersignia iuris ciuilis:quia per querelã daretur querelà cũ per querelã desinit esse hęres,qui institutus erat,quod nõ potest facere prætor:vnde per bo.pos.decretalẽ nõ solùm emancipa

cipati,imò quicunque non ſui indigent ea.& ſcis tu quæ eſt ratio iſtius bo.poſ.illi qui agunt querelam,deſinunt in totum,& poſtea prolata per querelam,adeunt:ſi volunt abſtinent.vnde ille cui cōpetit querela de iure ciuili prolata, querela & ſic re deducta ad cauſam inteſtati adibit,ſi vult: & ſi vult,non adibit.vnde voluerunt iura legare iſtū, ſcilicet emācipatū vel non ſuum,qui querelā non poterat intētare,vt ipſe ſe ligaret prolata querela, tenetur adire,& nō eſſet in volūtate ſua adire,vel non aliâs iura eſſent illuſoria:per aditionē non poteſt,quia nō poteſt adire niſi prolata querela,ideo voluit quidam ligare ſe,vnde voluerūt iura vt peteret bo.poſ.& ſe ligaret,vt declaret ſe agnoſcere hæreditatem quæ tribuit ius.vnde tribuit ius,hoc probatur ff.de inoff.teſtam.l.quemadmodum.& l. Papinianus in fine.

Si tutor. Ibi no.arg.ꝙ aliquis facit nō tanquā ipſe, vnde nō admittit tutor legatū,qui agit querela nomine pupilli,licet ſuccubuit:& hoc ex neceſsitate facit.& de hoc habes.C.de admi.tut.l.cū quædam.

1 *Filius agit ad ſupplementum, ſi inueniatur habere minus quarta.*

2 *Filius tranſmittit querelam non præparatā ad ſuos, & quomodo intelligatur.*

Filius tranſmittit hodie ad poſthumos nō præparatū.

3 *Suus præteritus & olim, & hodie poteſt dicere teſtamentum nullum ipſo iure, emancipatus præteritus bono.poſſeſsionem contratabulas.*

4 *Præteritio poteſt fieri dupliciter inſerta cauſa, & non inſerta cauſa & quando.*

Et quid

5 *Et quid ſi fuerit inſerta cauſa,quæ tamẽ certa nõ eſt.*
6 *Cauſæ ingratitudinis ſunt quatuordecim quibus filij exhæredari poſſunt:ſeptem quibus parentes & aſcendentes in teſtamentis deſcendentium:tres in quibus fratres in teſtamentis fratris.*
7 *Legitima ſi fiat teſtamentum debet relinqui iure inſtitutionis.Et quæ vtilitas reſultet,quòd filius habeat legitimam iure inſtitutionis.*

Quartam. Ibi dicitur ꝙ filius debet habere quartam,vt repellatur à querela.Ad euidentiam huius maximè notabis quæ ſunt no. per C. iſto tractatu, & quid per authenticã.per C.hęc ſunt neceſſaria,& per leges C.antiquas exhæredatus debebat probare ſe gratũ,per leges nouas C. mutatur : imò debet hæres inſtitutus eum probare ingratũ : vt C. de inoffi.teſta.l.omnimodo.Secundum eſt,&c.quia ante C.& per iura antiqua C.poſthumus poterat exhæredari per leges nouas.C.hoc eſt immutatũ vt non poſsit poſthumus exhæredari:quia nõ poteſt committere cauſam ingratitudinis, vt C.eo.l.ſi quis in ſuo.Tertiũ eſt ſi filius inueniebatur habere minus,
1 quartò agebat querela & deſtruebat totũ. † hodie per querelam agit ad ſupplementum,ſi inueniatur habere minus quarta:& hoc per cõditionem ex lege,vt C.de inoffi.teſt.omnimodo circa prin.Quartum eſt,antè non oportebat quòd in teſtamẽto pater diceret filiũ ingratũ,hodie per l.C.exigit, quòd dicat filium ingratum, adeo quòd ſi non diceret filium ingratum ſi eſſet ingratus,non poſſet dici ingratus:vt C.eo.l.omnimodo.Quintũ eſt aut.C.non transferebatur querela non præparata:vt ff.eod.l.

posthumus,& l.quemadmodum. † hodie dicit glo. 2
transmittit exhæredatus querelã non preparatã ad suos,vt C.e.l.scimus.dico quòd trãsmittitur à filio in descendentes,non dico ad suos:potest enim esse filius & non suus,vel præteritus,non sua:vnde dico quòd filius transmittat hodie ad posthumos nõ præparatam.sic loquitur.C.eo.ff. sancimus. Videamus quid sit innouatũ per authen. dixit Martinus: quicquid dicitur de querela in C.& ff. totum deletur,quia hodie querela non habet locum,nisi inter fratres turpibus personis hæredibus institutis, vt in auth.vt cùm de ap.cog.§.alius autem.illam sic inducebat ipse reductiuè quòd non habet locũ exhæredatio,nisi in casu quo dixi,si queris de ascendẽte, an in eius testamẽto habeat locum querela? distingue,aut mortuus est intestatus,quo casu non habet locum querela,si testatus aut præteriit suum, quo casu nullum est testamẽtum si exhæredauit,aut inserta causa & vera:& valet testamentũ: non habet locũ querela in auth.vt cùm de appel.cog.§.aliud.si non est vera,non valet testamẽtum,quia nec tũc valebit,& sic nunquã habebit locum querela in testamento ascendẽtium:sic inducebat Mar.omnia mẽbra falsa sunt:si quæris de testamento descendẽtis eo modo inducit.dicunt doctores concedentis totam inductionẽ vsque illud,cùm causa falsa infertur testamentũ,ipso iure non valet.dicit Mar.quòd falsa causa pro nulla habetur,istud falsissimũ:quia ritè testatus est,& si non rectè vnde tenet,& sic con cedũt doctores inductionẽ Mar.vno modo exẽpto Mar.sic inducebat:testator aut inseruit causam aut non,

non,quod inseruit testamentum est nullum ipso iure,vt in authen.vt cùm de appel.cogno.§.aliud. dicit glo.concordo circa istum articulum, quia nõ habet statũ certum:vnde dicit,fortè hoc casu nullum erit testamẽtum,scis tu quid sequitur? ex hoc dicunt quidã:quicũque testator quemcũque filium poterit & emancipatum,ex quo nõ est inserta,cùm testamẽtũ ipso iure nõ valet,dico quòd hoc falsum est.illa auth.dicit,non licet præterire vel exhæreda re sine causa.intelligo nõ licet,quia si hoc fiat, impugnatur testamẽtum suo modo,vt per bo.pos.cõtratab.si non fuit certa tamen inserta vel per querelam si est inserta causa,vnde nõ est verisimile quòd tot iura voluerint abrogare vno solo verbo. arg.l. C.de inoffi.test.l.si quando.videtur quòd imò ipso iure sit nullum euacuato,cætera firma manẽt:dicit euacuato,scilicet euacuãdo,vt in authẽ. vt cùm de ap.cog.§.siue igitur.do.Ioã.dicit euacuato, scilicet per querelã,cùm inseritur causa per bon.pos. contratab.cùm nõ inseritur causa vel querela, hoc est, quod habes in auth.vt cũ de ap.cog.§.siue igitur.& §.si qs ex prædictis.vnde dico ꝙ cũ istũ titulũ quo casu dicebatur ipso iure nullũ est innouatũ.

3 †Vnde suus* præteritus & olim & hodie põt dicere nullũ ipso iure:emãcipatus præteritus nõ põt dicere ipso iure nullum,sed habet bonorum possessionem cõ tratabu.& quod dixi, quòd nihil est innouatũ per auth.quo ad alium articulum,quo potest dici ipso iure nullum,intelligas vt quo ad formam exhæredationis: olim sic dicebat testator:filium meum exhæredo, nec poterat dicere ipso iure nullum,

* Suus præteritus.adde Bar. in le. in suis.ff. de liber.&posth. vbi dicit ꝙ suus præteritus dicit testamẽtũ nullũ, vel venit per cõtrata. quãdo est talis cõditiõis, quòd in eum continuatur dominũ. Et quòd suus de iure ciuili sit hæres noĩe & effectu,licet secus de iure prætorio.vide p eũdem in l.pro hærede.§.Papinianus. ff. de acq.hære.

ſed habebat locum querela:quia ſufficiebat exhæredare nominatim non expreſſa cauſa ingratitudinis.in authenti.vt cùm de appel. cogno.in §. aliud. & ideo ſi hodie exhęredaret,quia diceret filiũ meũ talem exhæredo,nec cauſam ingratitudinis exprimeret,habetur pro pręteritione:&ſic ipſo iure poſſet dicere nullum,cùm olim non poſſet cùm eſſet rite facta exhæredatio:imò rumpitur per querelã, probatur C.de liberis præteritis.auth. non licet,& authen.præallegata,vt cùm de appellatio.cogno.§. aliud.vnde dico,ꝙ ſicut olim præteritus poſſet dicere ipſo iure nullũ,ſic & hodie præteritus poteſt dicere ipſo iure nullum,licet alio modo dicat præteritus & exhære datus olim & hodie:vnde cũ iſtũ articulum alio modo olim & hodie,idem Azo dixit ꝙ innouat auth.iure.C.quia quãdoque tenet teſtamentũ ipſo iure,per auth.quod iure.C. erat ipſo iure nullũ:vt ſi præteritur filius ſuus : vt C. de libe. præte.l.maximũ vitium.§.ſcimus.itaque hodie per authen.prætereatur filius ſuus inſerta cauſa prætentionis:vt C.de lib.præte.auth.non licet. in authẽ. vt cùm de appella.cogno.§.aliud, vnde dicit Azo, † Præteritio poteſt fieri dupliciter , inſerta cauſa: 4 & poteſt fieri non inſerta cauſa,vel eſt innouatum: quia filius ſuus ſit præteritus poteſt ipſo iure dicere nullum,ſi præteritio inſerta cauſa eſt innouatũ, ſed quomodo eſt pręteritio inſerta cauſa,quia præterire eſt ſub ſilentio tranſire:quidam dixerunt , ꝙ fiat præteritio inſerta cauſa hoc modo: filiũ meum prætereo cum cauſa tali, ſed certè hæc eſt exhæredatio,cùm exhæredatio fiat quibuſcunque verbis, dum

dummodo vel verbis apparet, quòd velit testator filium suum esse alienũ à succesſione: vt C. de lib. præte.l.iij.& hoc dixit ipse Azo: quia si dicat testator filium meum prætereo, ex tali causa sit exhæredatus, hoc dicit ipse in summa in principio illius tituli.C.de lib.præte.præterire cum causa, est cùm lego aliquid filio meo, nec instituo, & dico filium: filius meus cõmittit talem causam: tu ergo dixisti quòd semper dixit filius meus præteritus ipso iure nullũ, siue in præteritione sit inserta causa siue nõ, quid ergo operetur inserere causam, hoc turbauit
5 Azo.† Dico, vbi est causa inserta, dicit testamẽtum ipso iure nullum: si pater meus petiuit me ex tali causa quæ certa non est, vnde peto hęreditatem ab intestato, vnde lata sentẽtia super hac falsitate causæ non propter hoc testamentum irritatur: sed declaratur retro fuisse nullum. cum istis difficultatibus intellectum geris ea quæ dixit, videtur mihi truffa, quòd pręteritio fiat cũ causa, imò dico quòd fit sub silentio: & quòd dicit lex de causa inserẽda, refert se ad causam exhæredationis non præteritionis, nisi vbi exhæredationis præteritio habet vim & in matre. sic intelligo authen. vt cùm de appel.cogno.§.aliud, per authen. innouatur aliud, quia olim sufficiebat dicere: exhæredo filium; quia ingratus est: vt ff.de inofficioso testamento, sed per auth.præallegatam, vt cùm de appel.cogno.§.aliud. oportet inserere causam ingratitudinis nominatim. Item
6 per auth.† allegantur causæ ingratitudinis, & sunt quatuordecim, quibus filij vel descendẽtes in testamentis parentũ & suorũ ascendentiũ exhæredari

possunt: septē, quibus parētes & ascēdentes possunt exhæredari in testamētis descēdentium, in quibus fratres possunt exhæredari in testamētis fratris, vt in auth. vt cū de appel. cog. §. aliud. & §. hoc quidē, de parentū. & in auth. de nup. § ingratitudinis. videtur totū ecōtrario quòd filiis magnis est debita hæreditas parentū quàm ecōtra, arg. ff. de inoffi. testa. l. nam & si parētibus. & ff. vnde liberi exhæredarentur in testamētis filiorū quàm ecōtra: certè hoc cōsideratur quod tu dicis, bene arguis: sed alio respectu sumūtur istæ causæ: maiorē reuerentiam debet filius patri quàm ecōntrario, vt ff. de iusti. & iure. l. veluti. & ideo plures causæ ingratitudinis sunt, per quas possunt filij exhæredari à parētib⁹ quàm ecōtrà. Item maior est allegatio patris ad filium quàm fratris ad fratrem: & ideo plures sunt causæ ingratitudinis per quas potest priuari pater in testamēto filij, quā frater in testamēto fratris. Itē per authē. innouatur alij quorū persona. C. in testamētis factis in castrensibus vel quasi, non agetur querela hodie per auth. in castrensibus, & quasi habet locū querelā, vt in auth. vt cùm de appel. cog. §. & hoc quidē de parētum. Item aliud est innouatum per authē. quia ius iure. C. repellebatur à querela, si habebat quartam eius quod erat habiturus ab intestato: vt C. eadem lege quæritur. hodie illa quarta est ampliata, & est redacta ad trientē vel semissem secundū numerum liberorū: si sunt tres liberi vel quatuor bonorum subsidium exhæredati, est tertia pars partis suæ quā haberet ab intestato: si plures filij quā quatuor, suū bonorū subsidium est semis eius, quod ab intesta

intestato esset habiturus: si igitur sunt quinque filij vel plures, habet dimidiam eius quod habiturus esset ab intestato. nunquid veniét in cōputatione filij ritè exhæredati, qui non possunt cōqueri? dico quòd nō: faciet partē exhæredatus, imò cōputabitur accipere, scilicet esset mortuus: quia exhæredatus pro mortuo habetur: vt ff. de cōiugē. cū emā. libe. eius. l. j. §. si pater. aliud innouat auth. quia iure C. & auth. de triē. & semis. sufficiebat quoquo relicti titulo relinquere debitū bono. subsidiū.
7 † hodie iure nouissimo debet relinqui iure īstitutionis. hoc est verū si fiat testamentū, si non fieret, frustra quæreretur de hoc, quia nec querela haberet locum. sic loquitur auth. vt cùm de app. cog. §. aliud. Azo tangit hoc in summa sua, ꝙ olim sufficiebat, quoquo relicti titulo & titulo legati hodie iure institutionis. dicit Azo, pagatus est verbis, quia cùm hæres est institutus in re certa alio instituto, habetur pro legatario: vt C. de hære. insti. l. quoties. vnde dicūt honorati, quòd debet habere iure institutionis, vnde honor tituli cōsideratur solus: quia iure secūdum eos nulla est differētia, siue habeat titulo legati siue titulo institutionis: dico quòd verū est, ꝙ institutus in re certa habetur tanquā legatari⁹ institutus adeuntibus, sed si instituti nō adeant imò repudiāt vel moriūtur ante aditionē, totū crescit illi instituto, qui habet suum bon. subsidiū iure institutionis: ff. de hęr. insti. l. j. §. si ex fundo, sed si esset legatarius quia haberet titulū legati institutis non adeuntibus, annullaretur testamētum: vt C. de fideicō. l. eā quā. Vltimò innouat auth. iure. C. & ff. rup. test. per

querelā legata nō debebātur. dicit Azo, distinguo, aut fit exhæredatio nō ritè, quia nō fuit inserta causa, & tunc debentur omnibus, sed si inseratur iusta causa quæ postea probatur falsa rupto testō p querelam nullis debētur: dico ꝙ dicit verū, vnde vbi dicit inserta causa exhæredationis & actū fuit querela & obtētum, quia inuenta fuit causa falsa, & sic ruptum est testamētum per querelā, nō debētur legata: sed vbi non fuit inserta causa, bene cōcedo ꝙ legata valent & debētur: & est ratio diuersitatis secūdū Azo. quādo nō est inserta causa, habetur pro præteritione talis exhæredatio, & sic testamentum quo ad institutionē est ipso iure nullū: quia ipsum ius facit ipso iure nullū, nec legata quo ad institutionē, & legata quæ nō inspiciūt institutionē: quia ipso iure nulla sunt maneat firma, sed cùm inserta est causa, testamētum valet: & ideo legata depēdēt ex institutione cum sit aliqua: & ideo institutione rupta certè rumpuntur legata, quæ ex ea dependebāt. hæc ratio nō placuit domino vt gl. vnde dixit: quis peccauit plus, vel pater qui exhæredauit filiū, nec adiecerit causam aliquā: vel pater qui exhæredauit adiecta falsa causa, dico quòd ille plus peccat qui adiecta falsa causa eū exhæredauit: & ideo plus punitur: quare legata impugnato testamento per querelam non debentur, sed primo casu debētur. dictum est quòd per lineam masculinā, si sint exhæredati, habēt querelā: si sint præteriti habēt cōtra tab. lex dicit, quòd fratres vtrinque coniuncti, currunt ab intestato cum parentibus ad succesionem fratris, quando rumpetur per parentes testamētum filij eo impugnato per querelā vel per bo-

no.poſſ.contratab.& ſic eſt reducta ad cauſam inteſtati,concurrent ne fratres vtrinque coniuncti cum parentibus ad ſuccesſionẽ fratris,dicunt quidam ꝙ ſic,ar.in auth.de hære.quæ ab inteſta.def.§. relinquendo.ſed dic ꝙ non,& ſoluas ſicut dixi.ſ.in principio huius tituli, de fratribus vterinis & de conſanguineis,& vtrinque coniunctis &c.

De hæredum qualitate & differentia. Rubrica.

HÆredes autem. Dicitur hic,quòd ſunt hæredes quidã neceſſarij vt ſerui.ſunt enim hęredes velint nolint ſi inſtituantur,vt per hoc incõmodè habent ꝙ bona,quæ acquiſierunt poſt mortem domini,qui eos inſtituit antequã ſe immiſceant hæreditati,illa habeant propria,& fiat ſeparatio eorum à bonis defuncti,vt illa habeant propria,nec per creditores vendicabuntur.dicit gl.poſt mortẽ domini acquiſiuerit,ſi ante aditã hæreditatẽ malè dixit glo.in neceſſariis hęredibus vel ſuis neceſſariis nõ eſt aditio ſed immiſtio,vnde bo.poſ.quãdo immiſtio eſt acquiſiuerit,poteſt petere ſeparationem non poſt immiſtionem:poteſt petere vt ſeparentur niſi ſit minor,vt ad hoc petat reſtitui,vt ff.de mino.l.aït prætor.§.non ſolùm.

1 *Titulus de coniugen.cum eman.libe.an ſit correctus, & ſic eſt ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis.*

2 *Suus & neceſſarius dicitur ille qui eſt proximior teſtatori tẽpore mortis,& hoc ab ĩteſtato nõ ex teſtamẽto.*

Sui autem necessarij. Dicit glo.in illo §.& super verbo succedit,quòd si habeo filium emãcipatum & nepotem ex eo in potestate mea retentum,de iure ciuili ad successionẽ admittebatur nepos filio excluso,sed per edictum ff.de coniugen.cum emãcip.libe.simul admittuntur filius emancipatus & nepos ex eo in potestate retentus,sed dicit glo.hodie correctum est,quòd simul admittãtur:cùm hodie sit sublata omnis differẽtia quę fiebat iure emãcipationis,vt in auth.de hæredi.quæ ab intesta.def. † dico quòd illud edictum de coniugen.cùm emã. libe.eius nõ est in totum correctum,imò in tali testamento in quo veniunt præteriti per contratab. in hoc est correctũ,quia in casu præteritionis maximè fuit inuentum.ita intelligo legem ff.de coniungen.lib.eius circa principium:vnde ab intestato confiteor esse correctum,& sic loquitur authẽ. de hæred.quæ ab intestato deferuntur:sed in successione ex testamento non est correctum.dicit litera:si filius desinit esse suus hæres incipit esse nepos,&c.acciperentur impropriè illa verba,desinit esse hæres:quia viuo patre non est hæres filius.inducebat dominus meus iura istá quæ hic allegantur ad casum arduum.quidam obligauit se,sic permittebat enim ipse ꝙ non acquireret,nec hæredes sui iurisdictione talis,& hoc promisit sub pœna, acquirũt eius filij eo viuo nec commissa est pœna, videtur quòd nõ:quia acquisiuerunt filij nõ hæredes,quia viuus non habet hæredes,vt ff.de hæredi. vel actio.ven.l.j.dicit tamen dominus meus ꝙ opinio vulgi est respicienda,vtrum cùm sic permittit,

quia

quia nec ipsi nec hæredes sui,&c.an per hæredes suos intelligantur filij sui & necessarij quidam necessarij tantùm?pone,filium meum qui est mea,exhæredo nepotem ex eo in potestate mea retētum: mihi hæredem instituo:quis erit hæres mihi iste nepos suus,non quia habet alium ante se tēpore mortis testatoris proximiorem.Item necessarius tantū non quia seruus non est,nec suus & necessarius,ex quo non est suus.dicit Pla.est anormalus.dico ꝙ est suus & necessarius,& quòd sit suus & necessarius casus.l.est.ff.de acquirenda hæreditate.l. qui aliena.§.iterum opponitur quòd nō est suus,qa habet proximiorē ante se:dico quòd nō habet qa exhęredatus pro mortuo habetur,ff.de cōiugen.cum
2 emancip.libe.l.j.§.si pater.†Azo aliter dicit,& ille qui est proximior testatori tēpore mortis est hęres suus necessari⁹:verū est ab intestato nō ex tastamēto.ff.de acqui.hæred.l.qui aliena.§.interdum.

1 *Hæres extraneus dicitur qui non est in potestate testatoris tempore mortis.*

Cæteri. Hic dicitur quòd est hæres extraneus,qui non est in potestate testatoris:†vnde hic accipitur
1 hæres extraneus pro omni eo qui non est in potestate testatoris tempore mortis:& sic emancipatus extraneus,aliâs emancipatus non est hæres extraneus. ff.de oper.libert. l.fabulas. & l. liberti libertéque,licet ibi dicat gloss.quòd emancipatus sit extraneus, tamen falsum dicit.item dicit text.quòd in extraneis hæredibus qui apti sunt hæreditatem capere,exigit ꝙ sint apti tribus tēporib⁹ ad hoc,vt valeat īstitutio facta ex eis,est ne hoc verū de pura
instit

institutione & de conditionali loco tempore mortis?est tempus impletæ cõditionis:vnde dicit litera,medio autem tempore inter factũ testamentum & mortem testatoris.hoc refertur ad puram conditionem institutionis.hoc refertur vbi fuit institutio facta sub conditione:vnde mors testatoris inspicitur ꝙ sit capax legatarius tempore mortis in puro legato in conditionali,vel in diem, ꝙ sit capax tẽpore impletæ conditionis vel diei aduenientis.hoc probatur,ff.de leg.j.de bono.poss.cõtra tab. pe.l.interuenit in hæredibus necessariis duo tẽpora respicientia tempus testamẽti & mortis,vt quãdo seruus instituitur,vt ff.de hæredi.insti.l.si alienum.& l.seruum.in suo & necessario dicit glo.inspicere tempus mortis tantum,& pro se inducit s̃. eo.§.sui.potest dici secundũ Ioan.ꝙ quæratur quis sit necessarius & suus,inspicitur tantùm tempore mortis,sed gratiæ an sit necessarius:sed de capacitate ꝙ inspiciatur duplex tempus mortis & testamenti:vnde in necessario vnum tantùm ad hoc ꝙ sit hæres quæritur in istis duobus,scilicet in necessario tantùm:sed in extraneo tempus acquisitionis potest esse longe post tempus mortis testatoris.dicit alibi gl.quòd in suo & necessario inspicitur tẽpus acquisitionis in successione ex testamẽto,sicut in extraneo.dico quòd hoc falsum est, vt ff.de acquirẽda hæreditate.l.in necessariis.§.nunquid erit ab intestato.& inspiciũtur duo tẽpora,scilicet mortis aditionis,si quæratur de hæreditatis capacitate circa hæreditatem ab intestato,tempus institutionis non potest inspici:quia ibi non est hæredis institu

ſtituti,ſi conqueratur de capacitate legati,ſi purũ mortis tempus reſpicitur vt tempore mortis teſtatoris captus & legatarius, ſi conditionale tempus cõditionis,vt ff.de iúr.fiſ.l.iij.§.quãdo.& ff.de leg. præſtan.l.interuenit de fideicom. vniuerſali.quidam dicunt ꝙ exigitur capacitas triũ temporum ſicut cum hæreditate directo relicto.ar.l. ad Trebellia.facta.§.penulti.

Teſtamenti factio,&c. Teſtamenti factio duplex, ſcilicet actiua & paſsiua.

1 *Adire propriè eſt in hæredibus extraneis in ſuis immiſcere & abſtinere.*

2 *Suus eſt hæres re,& iura directa habet inſeparabilia: habet tamen beneficium abſtinendi per prætorem.*

3 *Hæres per confectionem inuentarij non tenetur legatarijs nec creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditarias.*

1 *Extraneus autem.* † In extraneis hæredibus eſt propriè adire vel repudiare,in ſuis immiſcere * & abſtinere.caue hic ſunt quatuor proportionabilia, immiſcere & abſtinere,adire & repudiare:ſui enim quã citò eſt mortuus teſtator,ſunt hęredes,ſed per prætorem datur eis facultas abſtinendi.glo.quandoque dicit,† ꝙ ſuus eſt hæres. verum eſt: nomine alibi dicit verum eſt,ſi ſe immiſceat:dico ꝙ eſt hæres re,& iura directa habet inſeparabilia:vnde dico quòd prætor dat ei facultatem abſtinẽdi.nõ poſſet facere prætor quòd qui ſemel eſt hæres,deſinat eſſe hæres,vt j.de bo.poſ.§.quos autem.ante inſtitutionem poteſt ſe abſtinere per prætorem,ſ.eod. §.neceſſarij.ſed nõ poſt vt hic:vnde ad acquiſitionem

* In ſuis immiſcere. Adde nũquid in dubio ſu' & neceſſarius præſumãtur immiſcere Bart.in l.nã nec.ff. de le. j.Aduerte tamen ꝙ ſuus abſtinens ſe ab hæreditate patris põt infra triẽniũ abſtẽſionem ſuã reuocare ſi bona patris nõ ſunt alienata ſecus in emãcipato ſecũdũ do.Iaſo.in l. filio pater. iiij.col.verſ. itẽ propter. ff.de leg.j.al legat.l.fi.C. de repu.habetur in l.ſi quis ſuus.ff. de iure deliberan.

nem nõ indiget aliquo actu, imò ipsum ius sibi acquirit, sed ad abstinentiam ante indiget prætore, quia post non posset abstinere. ista sunt no. Scis tu quare dicit glo. quòd in bon. pos. vnde agnati, possunt succedere per ius ciuile? pone, habeo suum hæredem in potestate, & habeo agnatos, decedo. deinde suus abstinet se agnatus: quomodo habebit bo. pos. vnde agnati? si non fuisset suus agnatus, posset succedere per ius ciuile: suus licet se abstinet, remanet hæres: vnde licet per prætorē posset abstinere quādocunq;: ad cōmodum semper tamen habet iura directa quæ ab ipso sunt inseparabilia: vnde si alius admittatur, nō habebit iura directa sed solū vtilia: vnde impossibile est alium hæredē esse, sed solū bon. pos. & omni iure verum, quòd qui hæres semel fuit semper remanet hæres quo ad iura directa. debes scire iure antiquissimo, si hæres adibat hæreditatem, tenebatur creditoribus & legatariis secundum modū traditum, vt ff. ad Trebel. l. j. §. si quis quadraginta. hodie habemus duas cōstitutiones, vnam C. de Iudæ. l. sancimus. † si hæres adiuit 3 indeliberatè, & non petita deliberatione, & fecit inuentarium, habet istud cōmodum quòd quartā detrahit de legatis & fideicō. nec tenebitur creditoribus hæreditariis vltra iura res hæreditatis si adiuit deliberatè, id est si nō fecit inuentarium, tenetur omnibus legatariis insolidum creditoribus vltra vires hæreditatis: Pone, petiit deliberationē & fecit inuentarium, & sic deliquit in vno contra formam illius. l. sancimus: quia vult lex illa quòd deliberatò adeatur hęreditas, & quòd sic fiat inuentarium.

tarium.hoc casu tenebitur omnibus creditoribus insolidũ,sed non legatariis,imò detrahit fal.vt C. de iur.delib.l.scimus.§.isti vero post.& §.pe.si verò nõ fecit inuentarium & petiit daliberationem, tũc peccat cõtra vtrũque dictũ illius legis & ideo punitur,quia tenetur creditoribus insolidũ,& vltra iura bonorum hæreditariorum,& non detrahit Fal. vt in l.sancimus.§.si quis autem.& quòd illa lex velit ista,scilicet ꝙ cũ deliberatione adeat,& quòd faciat inuentarium, dicit lex illa.§.si autem dubium.si igitur non tenet viam legis amittit priuilegium.l.vt hic.& C.de pact.conuen.l.vltima.

1 *Ratihabitio mentalis non inducit obligationem.*

4 *Cogitatio mentalis nullo actu declarata,nullam inducit obligationem.*

2 *Institutus si dicat,volo adire,an dicatur hæres.*

4 *Electio valet, si quis dicat volo eligere.*

Extraneus. Ibi dicitur, quòd etiam hæres extraneus institutus in testamento vel ab inestato vocatus ad hęraditatem legitimam nuda voluntate,potest esse hæres.dicit glo.super verbo nuda,oportet tamen quòd extrinsecus declaretur aliquo modo. hoc dicit gloss.& bene:sed nescio vtrum iure hoc
1 aduertat. † Vnde quæritur, nunquid ratihabitio mentalis nullo modo expresi inducat obligatis? Pone,aliquis gesit negotia mea,ego ratum habui, nullus scit nisi ego & Deus, nunquid habeat effectum inducendæ obligationis? vel donaui alicui in mente mea, si non potest constare si inducat obligationem, talis mentalis cogitatio, si venirem ad confesionem, tenerer soluere ex quo essem

essem obligatus? dico quòd nō sum obligatus: vnde voluntas constare non per actum aliquem exteriorem de iure nullam inducit obligationē. sic intelligo leges quæ dicunt, ius non deficit, sed probatio deficit. l. duo sunt Titij. legauit testator Titio fundum, nescitur de quo intellexit. dicūt doct. ius nō deficit, quia vni est fundus quæsitus, sed probatio deficit: imò dico ꝙ nullū est quæsitū ius fundi, aliâs inconueniens sequeretur, si dicas ius est quęsitum vni: ergo certū est hæredem non esse domini: ergo si caderet à possessione rei legatæ non haberet rei vend. vt ff. de neg. l. Pomponius. §. sed & his. vnde intelligo legem illam sic in pos. ius non deficit, quia si esset certum de quo sensit testator, planum est ꝙ ei acquireretur, sed ex quo non potest esse certum, nulli quæritur: vnde dico quòd †cogitatio mentalis nullo actu declarata, nullam inducit obligationem: vnde qui cogitat esse hæres non est hæres, nisi aliquo actu declaret: vt si facit ea quę propriè sunt hæredis, vt coli vineas & terras, vt ff. acquirenda hæreditate. l. pro hærede. hoc verū de eo qui nō potest esse per ius ciuile, sed qui per prætoriū, vt ff. de bo. po. s. per istos actus nō obligatur, vt C. de iure delibe. l. j. vnde dominus domini mei dedit consiliū cuidā mulieri: ipsa erat cognata cuiusdā defuncti, coluit vineas, reparauit domos hæreditarias, veniunt postea creditores, ipse dicit ꝙ non est hæres, quæritur, an per istos actus videtur hæres? dicebat ꝙ non, vnde per istos actus animus adeūdi probatur in suo nō in emācipato. dico ꝙ hodie cognatus de iure ciuili potest adire, vnde per 2

istos

istos actus obligatur nisi protestatur vel aliâs probetur de contraria voluntate, vt ff. de acquir. hære. l. pro hærede. quia non potest esse bono. posses. nisi prius petita bono. pos. hodie nisi prius agnita, vt C. qui admit. ad bono. posses. l. penul. & ideo per istos actus non videtur agnouisse hæreditatem. planum est quòd adeundò fit hæres vel alio modo declarata voluntate sua quòd velit hæres esse, sed si dicat: volo esse hæres; nunquid est hæres? dico quòd sic: quia esse hæres, est declaratio voluntatis adeundi.
3 † Sed pone, dicit, volo adire, dicunt quidã quòd nõ est hæres, quia non sequitur volo currere, ergo curro: sic ego volo adire; ergo adeo: & respondet ad argu. volo currere, ergo curro: quidam sunt actus voluntarij, vt vendere, emere: in illis verum est quòd sequitur, volo vendere, ergo vendo: sed currere nõ est actus merę voluntatis, imò exigitur alius actus,
4 non sola voluntas posset. † Istud esse vtile in electionibus, si quæratur ab aliquo vis talem eligere? & dicat volo ipsum eligere, tamen valet, ac si diceret, eligo talem: de hoc habes C. de contrah. emp. l. in ementis. Pone, dicit institutus, nolo esse hæres, nunquid repudiat? dico quòd non: ille qui deliberat, potest dicere: nolo esse hęres, dum deliberat si velit esse hæres: sed si dicat, volo non esse hæres, repudiat, vt ff. ad Treb. l. filij. §. j. vnde non est idem dicere: nolo & non volo. alij dicunt quòd nomina & verba transposita idem significant; certè non est idem de vi verborum, & tamen periculosum esset hæredi dicere, non volo esse hæres: quia minus confuso sermone loqueretur arg. C. de do. promi. l. vlt.

De legatis. Rubrica.

1 *Legata an sint pars testamentorum.*
2 *Legatum petitur tribus actionibus, & quando.*
3 *Legatæ rei dominium quando transeat directa via in legatarium.*

POst hæc videamus, &c. Quidam dicebat quòd testamentum non valet sine legatis, quia caput non valet sine membris: institutio caput est testaméti, aliud est expressum, j. eod. §. autem hæredis; ergo cùm daret membra, hæc sunt legata: quia testamentũ licet sit ibi institutio, non valet, nisi sint ibi legata: aliâs esset ponere caput sine membris, dico quòd in duobus verbis potest fieri testamentum: Titius hæres esto, vel sine liberis esto, vt ff. de hære. insti. l. j. §. qui valet, dicit litera de testamétis quæ sunt via acquirendi vniuersaliter: imò debet dicere de aliis viis acquirendi per vniuersitatem secundũ quod promisit s. per quas personas nobis acquiritur. §. fin. sed hoc non facit, imò de legatis, quæ sunt via particulariter acquirendi. dicit eò † quòd legata quasi eadem sunt, imò pars testamentorum: ideo post tractatum de testamentis tractat de legatis, & ita no. 1
quòd qui penè eadem sunt, in constitutione ponenda sunt, vt C. de vete. iu. enuc. l. ij. ne autem quia liberis. & hæc est optima continuatio quæ penè eadem sunt, &c. in ordine rubricarum, licet dicit glo. † quòd legatum quibuscunque modis sit relictum, 2
petatur tribus actionibus, vt C. communia de leg. dicebat dominus meus quòd ipse vidit, quòd imò

eodem

eodem,quia agebatur personali actione ex testamẽto & hypothecaria . dicit glo . hoc est impossibile, imò vna tantũ debet eligi,vt ff.de leg. ij.l . cũ filius. §.variis.dico falsum.lex illa nõ dicit, ꝙ personalis vel hypothecaria possint intentari simul . §. ille variis loquitur de rei ven.& de personali ex testamẽto.& illis dicit,ꝙ nõ possunt intentari simul de hypothe.quomodo loqueretur,quia hypotheca tempore illis §.non habebat locũ sed per legem primã. C.cõmunia de le.fuit introducta dies,ꝙ per iura al legata electa vna,tollitur alia, ff.de tribut. l. qđ in hæredem.§.eligere.cum concordan.& sic personalis & hypothecaria non possunt simul intentari,licet rei vendica.& hypothe.vt in auth.de fideicõ.§. sed ne ad res.& hoc modo gl.ff.de reg.iur.l. nemo. §.quoties iura,quæ dicunt ꝙ vna eligitur: verum est constitutis,ad rem,vnde rei vendica.& personalis ex testamento simul non competunt,sed altera illarum & hypothe.sic quia licet sint per eundẽ, nõ tamen ad idem.Dicit glo.ad hoc vt competant istę tres actiones pro legato:oportet ꝙ sit legatum in specie,& res sit testatoris,si esset in genere licet testatori,non cõpeteret rei ven.sed ex testamẽto & hypo.quia cũ est legatũ in genere nõ transit dominiũ, & est incertum legatum,alternatiue habet ne locũ rei vendicatio?Dico ꝙ nõ.l.si in rẽ.ff.de rei ven . nã in obligatione est alternatio nõ in domino ar.l.cũ his.in fi.ff.de cõdi.inde.Itẽ si sit alienũ qđ est legatũ sed locũ rei vendi.Hoc planũ est. Sed pone ꝙ corpus legatũ est hæredis,potéstne testator transferre dominiũ in legatariũ?Dico ꝙ nõ.l.j.C.cõmu.de le.

vnde non poteſt directò legare libertatem ſuo hę- redi,ſed per fideicomiſ.De hoc habetis . j . de ſing. reb.per fideicommiſ.§.libertas.Illę duę hypothe,& perſonalis nónne ſe comitantur omni caſu?dico ꝙ ſic.Glo.dicit contra,& inducit.l.ꝙ non ſimul ſe cõ- comitantur teſtator ſuo debitori legat liberatio- nem ſi habeat aditionem perſonalem ex teſtamen- to vt liberetur,non tamen habet hypothe . l . quòd mihi.ff.de lib.leg.ff.vt in poſ.lega.l.j.§.ſi debitoris. j.l.de hoc nihil dicit,facit ad hoc apparatum ibi. fa- cit ratio illius.l.ſed tempore illarum legum hypo- the.erat omnimodo incognita, ſed inducitur per l. j.C.cõmunia de leg.glo. oppo. hic pro legato habét locum tres rationes.cõtra actio perſonalis non cõ- petit ad rem meam, ergo ſi ſit res legata legatarij & habet rei vendi.non poteſt ei cõpetere perſona- lis ex teſtamento.dicit glo. ꝙ perſonalis competit hoc eſt ratione poſſeſsionis.Sed contra,poſſum agé re actione depoſiti,& quæ perſonalis eſt & rei ven- di.contra depoſitariũ, & tamen depoſitarius non poſsidet,ſed deponens.& ꝙ poſsit intentari depo- ſiti,& rei vendi.probatur.ff.de rei vendi. l. officiũ. ff.de peculio.l. depóſui.& ff.de priui.cred. l.ſi ven- tri.§.verum eſt.quòd perſonalis quæ non intenta- tur ad dandum & rei vendi.poſſunt ſimul intenta- ri vt depoſiti & rei ven.vel ex teſtamento,& rei vẽ- di.Sed contra,cõditio intentatur ad damdum , ſed certi conditio habet locũ pro legato.ff.ſi cert . pet. l.certi cõdictio. §.ſi ex cauſa legati & rei vendi.pro legato competit ergo perſonalis quæ intentatur ad dandum & rei ven.competunt. Quidam dicunt

quòd

quòd certi cõdictio habet locum cùm legata est pecunia,& tunc cũ sit legatũ generis non habet locũ rei vendicatio.Possum dicere ꝙ in legatis certi cõdictio compatitur se cũ rei vẽdicatione quomodo respondet ad l.vltimã.ff.de vsufr.quemadmo.caue. vbi dicit nemo condicit rem suã prçter quã à fure, in dote dicam & in testamento fallũt regulç: quia pro parte sua nemo habet vnde pignus rei suç non valet de regu.iuris.l.valet pignus.vnde mulier est domina donationis propter nup.supra de dona.§.j. & C.de iure dotiũ.l.vbi.& sic fallunt regulæ in dote fauore dotis,sic dicam quòd fallunt fauore testamenti.ad l.vltimã.ff.vsufru.quemadmodũ ca. dicã nemo condicit rem suam prçterquã à fure rem suã factã iure cõmuni,sed iure singulari,vt in testamentõ.vnde sine traditione transfertur dominium in legatarium,& hoc est ius singulare.Dico ꝙ rei vendicatio & conditio se compatiuntur,hoc fauore testamenti:& dico etiam ꝙ acquiritur dominium directum,vnde fauor non excludit cõmune auxiliũ, & ideo rei vendicatio quæ competit legatario in fauore seu iure singulari nõ excludet cõmune auxilium,scilicet certi cõdictionem.vnde rei vendicatio vbi competit singulari iure,se compatitur cum certi cõdictione.C.de dona.quæ sub modo.l.j.nec scio quis fauor hic est contra.l.vltimã.ff.vsufruct. quemadmo.caue.Vnde dico vt primi dixerunt, ꝙ non habet locum conditio,quandò est legatũ pro quo habet locum rei vendicatio; & quando legatum generis vt pecunia.Non solùm autem,&c.Hic tractat de rebus legatis,quæ res possunt legari.Di-

cit glo.Non refert legetur res testatoris vel hæredis:quia indistinctè,siue sciuerit testator rẽ suá vel hæredis,siue ignorauerit,ex quo sua est vel hæredis sine distinctione scientiæ vel ignorantiæ valet legatum:& hoc est verũ,quia non est distinctio in hoc sciuerit vel ignorauerit cùm legat testator rẽ suá vel hæredis,sed aduerte in alio bene est differẽtia. † Quia si testator legat rem suam directa via 3
transit dominium in legatarium,sed si rem hæredis non *:vnde non habet locũ rei vendicatio,sed personalis ex testamento.Si res legata sit cõmunis testarori & alij,distinguit gl.quantũ ad illam partem quæ est aliena:quia si fuit testator sciens,valet si ignorans non.Dico ꝙ malè dicit glo.quia si legatur res communis indistinctè pro parte aliena siue fuerit testator sciens siue ignorans illam partem esse alienam,non valet legatum,pro parte quę fuit testatoris indistinctè valet.Hoc dicit.l. v.§. j. ff. de leg.j.& est mirabile,quia si testator legat rem totam alienam,& si sciens legauerit,valet. Hoc est cõtra illam regulam, Quod iuris est in toto quo ad totum,idem iuris est in parte quo ad partem. ff. de rei vendi.quæ de tota.Sed quæ est ratio diuersitatis, si dico,lego rem alienam qua ratione valet in vna parte eadem valet in alia:ideo cum distinctione scientiæ & ignorantiæ valet in totum, scilicet cum scit testator alienam, aliâs in nihilum, scilicet cùm ignorauit alienam:sed sic non est quando res est communis: quia qua ratione valeat in vna parte,eadem ratione in alia, imò refertur legatum ad illam partem in qua testator habeat ius. Et quòd

* Rem hæredis nõ. Adde Bar.in l.si hæredis.ff.de lega.j.vbi dicit ꝙ dominiũ rei legatę nõ transit recta via in legatariũ, quando res hæredis est legata.Vide Bar. in l.à Titio . ff. de fur. in l. seruũ filij . §. si quis rem . ff. de leg.j. Aduerte tamen ꝙ dominiũ in legato alternatiuo nõ transit nisi à tempore electionis.Vide per eundẽ in l. si quando quis.ff. de lega.j.

quòd ita ſit, quòd quando teſtator habet ius in re legata, quòd refertur legatum ad ius quod non habet teſtator, habes. ff. de legat. j. l. ſi domus §. fin. Facit ad iſtam rationem. ff. de fun. inſtru. l. ſi fundus. Cùm teſtator legat rem alienam, ſciens alienam, valet legatum, & hæres cogitur emere. Intellige ſi poteſt eam iuſto pretio emere hæres compellitur redimere: ſed ſi non poſſet eam rem aliquo modo, vel immenſo emere, vt domus regis iſta paria ſunt. l. non dubium. ff. de leg. iij. §. fina. tunc non neque legatum dicit litera ſi res aliena legata ſit, & hoc ſcit teſtator quòd ſit aliena, hæres cogitur emere. Sed contra: quia nemo cogitur emere vel vendere, vt C. de contrahen. empt. l. inuitum. & de iur. delib. l. nec emere. hæc eſt opi. pueri dicit glo. ſpeciale eſt illud, falſiſsimum eſt ſi promiſiſti mihi rem alienã, nónne cogeris emere? Certè ſic. Vnde verum eſt quòd inuitus non cogitur emere, niſi præcedat contractus vel quaſi ex quo naſcatur obligatio ex qua compelletur: vnde hic eſt ius commune vt compellatur emere, nec eſt ſpeciale, & alius caſus vbi quis compellitur emere, vt C. communi diui. l. j. §. fi.

1 *Legata re aliena quæ non eſt in commercio, non valet, niſi conſtet de voluntate teſtatoris, quòd voluerit æſtimationem præſtari.*

2 *Legari poteſt res aliena.*

Legari an poſsit res hoſtiũ, & quæ nũquã fuit noſtra.

3 *Et quid ſi ſtipuletur rem quæ nũc eſt hoſtium, quæ nunquam fuit noſtra.*

1 *Sed ſi talis res ſit cuius, &c.* † Hic diſtinguit gloſſ. ſi legata fuerit res aliena, cuius generaliter

non est commerciũ, aliter non valet legatum, nec vt res præstetur, nec vt æstimatio, nisi probetur voluntas testatoris ꝙ voluerit æstimationem præstari, vt ff. de lega. j. si quis inquilinos. Sed si alicui sit cõmercium, sed non hæredi, non impeditur legatũ l. mortuo boue. ff. de leg. ij. §. Labeo. sed si sit cõmercium regulariter, & etiam hæredi sit commercium non legatario glo. distinguit, aut non est cõmerciũ ipsi lagatario rei legatæ propter eius vitiũ, vel propter sectæ diuersitatem, quia legatur mancipium Christianum, & ipse est Iudæus, tunc neq; legatum valet neque æstimatio ipsius rei datur, & hoc indistinctè, vt C. ne Iud. manci. Christia. l. j. & ff. de leg. ij. l. mortuo. §. Labeo. ff. de verb. obli. l. multum interest. aut legatarius non habet sibi cõmercium rei legatæ scilicet militiæ propter status conditionem: quia seruus vel corporis vitium, vt quia cõtractus est legetarius, & legatum est stipendium cursoris, & istis duobus casibus dicit glo. si testator sciuit vitium legatarij præstatur æstimatio, aliâs nõn vt ff. de leg. iij. l. in fideicommis. §. si seruo alieno. & ff. e. §. si filiusfa. §. si quid alicui. Ego dico vbi nõn est cõmercium legatario ipsius rei legatæ propter vitiũ corporis, dummodo sit capax, regulariter & indistinctè valet legatum. Sic intelligo. l. filiusfamiliâs. §. si quid. Sed vbi legatarius non est capax sibi vel alij, vt seruus tunc legatum valet cum distinctione scientiæ & ignorantiæ. Facit ad prædicta lex multum interest. ff. de verborum oblig. † Res aliena potest legari dicit litera, adeò dicit glos. quòd potest legari res hostium, & quæ nunquam fuit nostra. 2

De

De illa quæ fuit no... sed nunc est hostium, non
3 est dubium: aliud in contractibus. † Vnde si stipulemur rem quæ nunc est hostium, quæ nunquam fuit nostra, non valet stipulatio. ff. de verb. obligat. l. liber homo. ita dicit glo. Sed quæ est ratio diuersitatis in legatis & contractibus. Glo. nititur reddere rationem: quia in stipulationibus incipitur initium ff. de verborum obligat. l. si filius. & in legatis inspicitur tempus cessionis. ff. de regulis iuris. l. quæ legata. Vnde cùm stipulatur quis rem quæ nunc est hostium, inspicitur tempus stipulationis: & ideo cùm sit nunc hostium, non valet stipulatio, sed cùm legatur res licet nunc sit hostium, tamen tempore cessionis poterit esse nostra: & ideò valet legatum de re quæ tempore quo legatur est in hostium potestate. Si vis dicere quòd inspiciatur dies cedentis legati nisi legatur res hostium, & regula Catoniana dicit quòd legatum non valet si testator non decederet incontinenti, ex post facto conualescere non potest, & tu confiteris quòd ex quo legatur res hostium, si statim decederet testator, non valeret legatum: quia si decedat tardius, & tunc esset sua: ideo valet legatum. Vnde si intelligeres regulam Catonianam, quòd non valet legatum tempore quo legatur, propter conditionẽ rei legatę, ex postfacto cõualescere non potest, verissimus est intellectus & nunquid hic intelligere regulam Catonianã si tunc nõ valet. s. tempore quo legatur, neć ex post facto cõualescere potest. hoc est qđ probatur. ff. de reg. Cato. l. j. vnde quantũ ad hoc idẽ posset dici in legato & cõtractu. vnde si quæretur

de re quæ nunc est hostium, an possit legari si aliquando fuit sua si nunquam fuit nostra idem quod in contractu quòd non valet.

1 *Legatum rei alienæ valet si sciuit testator alienam, sed si ignorauit non valet.*

2 *Patrimonij sui vires ignorare nemo præsumitur.*

3 *Legatum rei alienæ sciente testatore alienam, an valeat de iure poli.*

Quod autem diximus. †Hic dicitur, Si legata fuerit res aliena, valet legatũ: si sciuit testator alienã, & si ignorauit, nõ: nisi ille cui legauit esset persona cõiuncta, & in dubio incũbit onus probandi ei qui dicit. Ratio bona, quia qui agit ei incũbit onus probandi, sed nõ ad propositũ: quia si possideret rem legatam legatarius cui legata est res aliena, nec esset persona cõiuncta, & conueniretur ab hęrede petente rem illam, tenetur probare testatorem sciuisse alienam: quia semper præsumitur ignorare, quia non probatur scire, vt ff. de probat. l. verius. Sed opponitur, & ostenditur ꝙ semper testator sciuerit alienam, quæ aliena est & nunquã ignorarit suam quæ sua est: †quia nemo præsumitur ignorare iura patrimonij sui, vt C. de rescin. ven. l. quisquis. Dicẽdũ ꝙ si res esset testatoris ex suo contractu nõ pręsumeretur ignorare suã esse, sed si procurator suus erat & sic non habet eam ex suo contractu, sed alieno, vel obuenit ei ex successione, tunc potest ignorare probabiliter rem esse suam quæ sua est. Item si procurator testatoris vẽdidit eo ignorãte, & sic sua nõ est, sed aliena, & probabiliter credat eã esse suã quæ sua est, vnde cõcedo, ꝙ nisi sit ratio ignorantię non

nō pręſumitur ignorare rē ſuā eſſe ſuā vel alienā, vnde nō tenetur probare legatarius,niſi ꝙ teſtator emerit vel vendiderit,ad hoc ꝙ pręſumatur ſcire eſſe ſuā vel alienā:quia de facto ſuo nō præſumitur
3 quis ignorans,vt ff.pro ſuo.l.vlt.Dicitur hic ꝙ†legatū rei alienę ſi ſciuit teſtator eā eſſe alienā,valet: & comparabit eā hęres.Quædā decretalis dicit ꝙ nō valet legatū rei alienæ & redditur ratio.Decretalis dicit ꝙ iure Dei,nō iure fori viuere volumus: vnde pręſupponit illa decretalis ꝙ quādo dicit lex illa ꝙ poteſt legari res aliena,ꝙ aufertur vero domino,& daretur legatario ſecundū voluntatē teſtatoris.Illa decretalis eſt extra de teſta.cap.filius.Sed certè ſi maior centū annorū promulgaſſet illā decretalē,eſſet dignus reprehēſione,vnde nō eſt intellectus illius.Illa decretalis procedit dato ꝙ valeat legatū rei alienę quā ſcit teſtator eſſe alienā ſecundum qđ vult iſta lex ex hoc nullū fit præiudicium domino rei, quia hæres tenetur emere, & ſi non vult vendere dabit æſtimationem legatario. Certè hoc eſt bene de iure poli, vnde illa decretalis ex mera ignorantia iſtorum iudicum fuit facta.

1 *Legata re aliena ſi efficiatur legatarij ex cauſa lucratiua,an valeat.*

2 *Res in obligatione dandi licet ſit perempta,an poſſit peti vel æſtimatio vel vtraque.*

3 *Libellus de legato rei alienæ qualiter debeat formari.*

4 *Libelli cōcl.in legato rei alienæ,qualiter fieri debeat.*

1 *Si res aliena.* † Hic dicitur, ſi legetur res aliena, & facta eſt legatarij ex cauſa lucratiua non

valet,propter regulam quæ dicit impoſsibile eſſe duas cauſas lucratiuas in eandem perſonam concurrere,& in eadem re ſimul.Si autem facta eſt legatarij non ex cauſa lucratiua,ſed ex cauſa onerosa,tunc poteſt conſequi legatarius pretium actione ex teſtamento,& dicit gl.cautè dicit conſequi,quia non petitur pretium,ſed res licet rem habeat,& ſic notabis duo ſpecialia,rem habeo,& rem peto. vnde legatarius cui teſtator legauit rem alienã ſciens alienam emit,& ſic habet eam ex cauſa non lucratiua,& eã habet,& eam petit.Item no.aliud ſpeciale ꝙ rem peto,& pretium conſequor,vnde aliud petitur,& aliud conſequitur.Iſta duo ſpecialia videntur contraria,rem peto,& rem habeo, vnum peto, & aliud conſequor. Vnde quæritur, quæ eſt ratio iſtorũ?Dico ꝙ ratio iſtius,rem peto & rem habeo eſt,ꝙ†illud debet peti quòd eſt in obligatione, res 2
ſemper eſt in obligatione dandi,& ideo res ſemper petetur.Et ſimile,teneor tibi ad Stichum, Stichus mortuus eſt,poſt moram adhuc Stichus eſt in obligatione,& ideo petetur Stichus.ff.de verb.obli.l.ſi ſeruũ.§.effectus.Vnde aduerte mortuo Sticho poſt moram adhuc Stichus petetur, & non cadauer: quia ſi peteretur, acciperetur in conuicio. vnde Sticho mortuo. Stichus eſt nomen hominis: quia petitur Stichus. & iſta ſunt optima argumenta, quia Cæſare mortuo,hæc fit vera, Cæſar homo eſt, quia Cæſar eſt nomen hominis mortui.vnde eſt in petitione.Sed cùm Stichus mortuus ſit,non poſſet eſſe in ſolutione:ideo æſtimatio veniet in ſolutionem, & in condemnationẽ quæ ſimiliter proxima
eſt ſo

est solutioni. vnde hæc est ratio, quòd rem peto & rem habeo: quia res semper est in obligatione. item quia res solui non potest quia eam habeo ratio est eius quòd aliud petitur, & aliud soluitur, vt ff. de confes. l. Iulia. vnde sicut in casu qui dictus est, interitus rei non facit quominus res ipsa quæ interiit sit in obligatione: sic possibile est rem quam habeo mihi deberi, sed quia habeo eam ex causa non lucratiua fingit ius ꝙ eam non habeat. vnde hic veritas facit ꝙ res mea sit & mihi debeatur, si conuenitur ad solutionem & condemnationem cum sit mea secundũ veritatem nõ potest mihi dari. ratio, æstimatio venit in solutionẽ & in condemnationẽ quæ proxima est solutioni. Ista sufficerent quantũ ad intellectũ literæ istius, tamen glo. vult prosequi istud speciale, rem peto. Hoc contingit in quatuor casibus. Tertius casus est vbi rem habeo, & rem peto: vt si vendidisti mihi rem, & tradidisti, sed non cauisti de euictione, possum rem petere: & ita licet rem habeam, quia tamẽ deest ius circa eã. Sed quare non ago ad ius illud quod deficit? Videtur ꝙ nõ debeam agere ad rem, quia illam habeo. Ad quid peto quod habeo? Sed deberẽ agere ad ius illud. s. qđ mihi deficit. Ratio est, quia de illo iure non erat cõtracta obligatio separata, sed erat contracta obligatio de re cũ suis vicibus. Aliud est si mihi debes decem, quia tota decẽ & partes eius sunt in obligatione: & ideo si mihi soluta sint quinque, fit liberatio in quinque solùm. De quarto casu in quo rem habeo & rem peto, dubium est; vt si ex contractu stricti iuris debes mihi Stichum, puta ex stipulatione sol

ne soluis mihi Stichum,& dolo tuo factum deteriorem: licet Stichum habeam, tamen agam contra te de dolo,& petam Stichum per actionem de dolo, vt damnum istud resarciatur.& si mihi debetur ex contractu bonæ fidei, puta quia emissem,& esset mihi solutus, petam non Stichum, licet haberem actionem ex eo contractu; scilicet non vt mihi damnum resarciretur. Pone ergo vbi mihi deest cautio de euictione, dedisti mihi fundum, rem habeo & rē peto, quomodo formabitur libellus? Dicamne sic, promisisti mihi fundū: vnde peto fundū, vel pone in casu nostrę leg. †Si legata mihi fuerit res aliena 3
puta Stichus & eū habeo ex causa nō lucratiua, q̄a emi eū, rē habeo & rē peto vt habeam æstimationē vel pretium vt dicit litera, non vt rem habeam: quia ipsam habeo, quomodo formabo libellum: dicam ne sic, In testamēto in quo es hęres institutus, legatus est mihi Stichus, vnde peto Stichum. Libello sic concepto impossibile est aliud venire in condemnationem, quàm rem ipsam. Debet ergo sic formari, narrabitur sic factum sicut se habet rei veritas,& concludetur vt ex modo concludendi iudex instruatur. vnde dico sic contra hæredem, legatus est mihi in testamento eius cuius es hæres seruus Stichus, illum Stichum ego emi, vnde peto Stichū vt consequar pretium. vnde non peto Stichum, vt habeam Stichum: quia illum habeo, Stichum petam vt pretium habeam. Ex libello debet iudex instrui qualiter debet sententiam proferre, ad primum modum formandi libellum non instrueretur iudex, nisi condemnaret in pretium, sed in ipsum

ipsum esse tantum, sed per modum secundum instruitur vt condemnet in pretium vel æstimationem. vnde dico indubitanter quòd in narratione debet fieri mentio emptionis, vel illius causæ propter quam oportet venire pretium in condemnationem: & dico quòd,
4 † licet de pretio possit omitti in conclusione, securius tamen est vt sic concludatur; Peto Stichum vt consequar pretium. vnde dicit lex, Petetur fundus vt de euictione caueatur, non petetur fundus vt fundus habeatur, quia iam habeatur: sed vt habeatur quod deest. ff. de verbo. oblig. l. Iul. §. j.

1 *Causæ lucratiuæ plures non concurrunt in eadem persona directè, sed per obliquum.*

2 *Legare coniunctim qualiter cognoscatur, & qualiter disiunctim.*

3 *Legatum deficiens quando accrescat coniuncto.*

Hac ratione si ex duobus, &c. Si mihi fuerit res legata in testamento duorum, puta in testamentis duobus legatus est mihi Stichus, si ex primo testamento consecutus fui rem, postea ex alio non possum consequi æstimationem, sed si ex primo peterem æstimationem, ex alio possum petere rem. Sed contra istud est. ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. j. vbi dicitur contrarium, quòd si ex vno primo peterem æstimationem, ex alio non possum petere rem. Dicendum est quòd hic loquitur vbi legata est res eadem in testamentis diuersorum, qui diuersi reputantur in lege contraria, ibi legata fuit res eadē in testamentis diuersorum, qui diuersi reputantur vnus, vt sunt hæres & defunctus: hæres enim cū defuncto

functo reputatur eadem perſona, vt in auth. de iu. iur. à mo. præſti. in prin. in v. col. Dicitur hic ꝙ ſi legatus fuerit mihi Stichus, & poſtea conſecutus fuero Stichũ ex donatione, nõ poſſum petere Stichum ex teſtamento, vnde legatũ euaneſcit: quia impoſſibile eſt duas lucratiuas cauſas in eadẽ perſona & circa eandem rem ſimul concurrere. Sed contra. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus legatum. §. j. †Dicendũ eſt plures 1
cauſæ lucratiuæ non concurrũt in eadem perſona directè, ſed per obliquũ ſic. vnde hic habuit legatarius ex cauſa donationis, ſcilicet per ſeruũ: vel verius, nec ibi concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ nec directò nec per obliquũ. vnde dicitur ibi, quidã legauit mihi Stichũ, deinde donatur ſeruo meo: adhuc remanet mihi actio ex teſtamẽto. Sed ſi habeo ratum quod donatum eſt ſeruo meo, non dicit lex illa ꝙ prima actio ex teſtamento manet: quia ſi ratam habeam donationẽ factam ſeruo meo, non agerem ex teſtamento. vnde duę cauſæ lucratiuæ in eandẽ perſonã circa eandem rem nec directò nec per obliquũ concurrũt. †Si eadem res duobus &c. 2
Coniunctim legare eſt triplex, re tantũ: puta ego lego tibi fundum, deinde dico Meuio, lego tibi eundem fundum, hic eſt legare diſiunctim verbis, ſed coniunctim re: quia tu & Meuius in eadem re legata eſtis cõiuncti. Sed ſi ſine interpellatione diceretur, Seio lego fundum, Titio lego fundum, quòd nulla fieret ſeparatio, poſſet dubitari an eſſent cõiuncti verbis: quia re ſunt coniuncti. De hoc nulla eſt dubitatio: nec mireris quia dicerentur coniuncti verbis. & cũ nõ ſit copula, quia ſi dico ſic Titio

tio Meuio lego fundum, coniuncti sunt verbis, & forte idem est quando dico continuè sine pensatione, Titio lego fundum, Meuio lego fundum. & hoc videtur velle lex, si ita quis hæredes. ff. de hære. insti. Verbis tantùm sunt coniuncti si dicam sic, Titio lego fundum, & Meuio lego asinum. Isti sunt coniuncti verbis, & non re. Quæsiui aliâs vtrum inter istos, qui sunt coniuncti (vt dictum est) haberet locum ius accrescendi? Dixi aliâs quòd sic: quia verbis sunt coniuncti, & illa cōiunctio quæ est verbis tātùm, vel re tantùm, est suffi ciēs tātum iuris accrescendi. Ipsi ponunt aliud exemplum quando aliqui sunt coniuncti verbis tantum, & ita dixit testator, Titio lego dimidiam fundi, & Seio aliam dimidiam. Coniuncti re & verbis, vt si dicō sic, Titio & Seio lego fundum. & ista sunt exēpla. Sed pone sic, duo sunt hæredes, nunquid si dicam sic, quisquis mihi hæres erit, vel quicunque mihi erit hæres, habeat fundum, nunquid isti sunt coniuncti re & verbis? Dico quòd illi qui veniunt ad legata per hoc signum quisquis, sunt disiuncti verbis: quia quisquis distributiuum est, aliâs non est dubitatio. l. vlti. C. de impu. & aliis sub. vbi dictum fuit, quisquis mihi hæres erit & Meuius extraneus filio meo impuberi hæres esto. Coniuncti re & verbis habent vicem vnius, vnde dubitatur, nūquid omnes hæredes qui veniunt per hoc verbum quisquis, veniunt in vnā dimidiam qui erat substitutus filio impuberi? dicitur hic quòd non, imò veniunt pro virili. Restat dubitatio quòd illi qui veniebant per verbum quisquis, videbantur cōiuncti verbis, & sic venire, tan-

quã vnus, ſed pone, dico ſic, vobis omnibus & Titio lego fundum, nunquid illi plures venirent in vnam dimidiam, & Titius in aliam, ſi diſtincti veni rent in portiones quilibet pro virili? Dico quòd ſi diceretur demonſtratiuè, vobis omnibus, venirẽt illi contenti per verba illa, vobis omnibus, tanquã diſiuncti, ac ſi propriis nominibus nominarentur: quia demonſtratio vice propriorum nominũ fungitur: vt ff. ſi cert. pet. l. certum, ſed tolle demonſtrationem illam vobis, & quòd remaneat omnibus pluralis numeri, veniũt vt coniuncti, & ſic per nomen vnius, diſtinguo, aut cõueniunt plures per nomen proprium æquiuocum, vt cùm dico, duo Titij & Meuius, idem eſt ac ſi exprimerentur pro diuerſo, ſi per appellatiuum dico, hæredes Lucius & Meuius omnes iſti habẽtur pro cõiunctis, vnde aduertẽ. Sed ſi eſſet dictũ, hæredes mei & Meuius habeatis tale legatum & partem, quòd hæredes mei ambo vocantur Titij hæredes mei ſolùm habebunt dimidiam, & Meuius ſolus aliam dimidiam. Sic intelligitur lex, ſi quis Titio, ff. de vſufr. accreſ. Si proprio nomine, duo Titij & Meuius habeatis tale legatum, tũc quilibet veniret pro tertia: quia omnes ſunt coniuncti duo Titij inuenirentur coniuncti per pluralem appellationem, & Meuius inueniretur coniunctus aliis per copulam, ſed ſine copula tunc duo Titij hæredes ſunto, Meuius hæres eſto, tunc duo Titij erunt hæredes in vna dimidia tantũ, & ſolus Meuius in alia tãtùm. Sic intelligitur. ff. de hære. inſti. Titius. Vnde omnes ſunt cõiuncti qui veniunt per numerũ pluralẽ, ſed eſt maior cõiunctio

eorum

eorum qui veniũt ſub appellatione, plures appellati dicuntur re cõiũcti quibus legatur res eadẽ. Pone dictũ eſt ſic in teſtamẽto, lego Titio decẽ, & Seio decẽ, quantũ habebit quilibet? Dices tu & quilibet quòd legata ſunt viginti, & quilibet habebit decẽ. Dico ꝙ ambo nõ habebũt niſi decẽ. Nónne dixi ꝙ ſunt cõiuncti re & verbis? Ergo quod legatur vni, intelligitur legatũ alij: & ſic impediunt ſe cõcurſu, vt quilibet totum habeat, vnde faciũt ſibi partes. Si enim eſſent legata vni vna decẽ, & alteri alia decẽ, nõ eſſent re cõiũcti, ſed verbis tantũ: vnde aliud eſt legare decẽ, aliud donare. Hoc dicit l. cũ quis ita. ff. de ver. obli. circa prin. & l. ſtipulatio habere licere. §. in ſtipulatione. Si eſſet dictũ ſine copula ſic, lego Titio decẽ, Meuio lego x. habebit quilibet decẽ, ſed copula media inducit duplicẽ cõiunctionẽ & realẽ, vt intelligãtur eadẽ legata decẽ, & verbalẽ, de illa planũ eſt ſi ſit legatũ duobus cõiũctim re & verbis, ſi vnus repudiat, alij accreſcit, ſi diſiunctim ſi vnus repudiat, hoc nõ dicit litera ꝙ alij accreſcit: ſed dic ꝙ aliud totũ pertinebit vnde vbi ſunt diſiunctiverbis ſed cõiuncti re: quia ſic dico, Titio lego fundũ, Meuio lego eundẽ fundũ. ſi vnus repudiat, alius totum habebit ſed nõ per ius accreſcẽdi ſi eſſent cõiũcti ambo & cõcurrerẽt & facerẽt ſibi partẽ, & vnus auferret alij, & ſi vnus repudiaret, alij accreſceret, ſed hic quando diſiuncti verbis, nõ eſt qui auferat. vnde ſi vnus repudiat, aliꝰ totũ habebit, ſed nõ iure accreſcẽdi, ſed potius iure nõ decreſcẽdi: ſed vbi eſt legatũ pro partibus diſcretis & ſic ſunt diſiũcti verbis ſic, Titio lego dimidiã fũdi, & Seio aliã dimidiã.

ſi vnus repudiat, habet locũ ius accreſcẽdi. Sic intelligitur. C. de le. l. ſi fortidianũ. & C. de ca. tol. l. vnica. §. ſi vero ad deficiẽtis. Si ſunt omnino diſiuncti re & verbis, nõ habet locũ ius accreſcẽdi, vnde in cremẽto certa legata oportet ꝙ habeat cõiũctionẽ aliquã vel verbalẽ vel realem. ſecus in hæredibus. ſi dicã ſic, Titius pro dimidia hæres eſto, Seius pro dimidia hæres eſto, iſti diſiuncti ſunt re & verbis, & habet locum ius accreſcẽdi vno repudiante. hoc non facit coniunctio, quia nulla eſt: ſed facit hoc quia non poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſed ſi ſunt coniũcti re & verbis, vel verbis tantum, in legatis habet locum ius accreſcẽdi. Item ſi re tantùm, habet alius totũ, ſi alius repudiat, ſed non more accreſcendi, vt dixi in legatis ſi alter eſt coniunctus vtroque genere coniunctionis ſcilicet re & verbis illius cuius deficit portio, & alius eſt coniunctus vno genere coniunctionis ſcilicet re tantum vel verbis tantũ, qui coniunctus eſt duobus generibus cõiunctionis præfertur. Sed pone vnus eſt coniunctus verbis tantũ ei cuius portio deficit, alius re tantũ, quis præfertur? Dico quòd bene admittantur. & hoc dicit. l. re coniuncti ſi bene intelligatur. ff. de leg. iij. & habet locum ius accreſcendi in portione ante acquiſitionem deficiente. Portio deficiens poſt acquiſitionem nõn defertur iure accreſcendi. Legatus mihi eſt & tibi fundus, non agnoui, adhuc repudio, habet locum ius accreſcendi. Pone agnoui legatum, poſtea deficit quacũque de cauſa, non habet locum ius accreſcendi. Fallit in vſufructu, in quo & poſt acquiſitionem habet

locum

locum ius accreſcendi: vt ff. de vſufru. accreſcen. l. ſi tibi. Hoc eſt not. de hæredi. & fal. ſi plures ſint inſtituti, & vnus non implet voluntatem defuncti, pro portiōe ſua ſibi aufertur, & aliis accreſcit, quęritibi glo. nunquid inuitis? Reſpon. glo. quòd non, & infra reſpondebat, quidam recitabat materiam illam. vnde dominus meus recitabat hic: ſed opponebatur ei aliud eſt de iure accreſcendi in legatario, quia inuito non accreſcit, ſed in hæredibus inuitis accreſcit: vt C. de cadu. tollen. l. vnica. §. his. illud loquitur de iure accreſcendi per edictū. C. quādo non pet. partes. l. vnica, quod habet locum ante acquiſitionem, ſed in authen. illa loquitur de iure accreſcēdi poſt acquiſitionem, quod habet locum de æquitate illius authen. de hæredi. & fal. ſed per æquitatem illius legis quando nō petent partes ac
3 creſcit inuito. Dictum eſt ꝙ † legatum deficiens accreſcit coniuncto, fallit in tribus caſibus, lego tibi fundum & ſeruo meo, in perſona ſerui mei non valet legatum, & ita deficit non accreſcit tibi. ff. de lega. iij. l. plane. §. ſi coniuncti. Item alius caſus eſt, ſi tibi & Titio lego rem tuam, non valet: quia legatum rei tuæ tibi factū non valet, nec accreſcit in totum Titio: vt ff. de leg. j. l. huius. §. ſi Titio. Tertius caſus eſt ſi dicam ſic, lego tibi fundum, & ei qui capere non poteſt, non accreſcit tibi: vt ff. de leg. ſecundo. l ſi Titio & ei qui capere. & ratio eſt in duobus primis, in primo legatum in perſonā ſerui mei eſt inutile, ſed non prorſus inutile: quia ſi hæres eſt fidelis dabit, aliâs velit dare ſeruo legatum ſuum, & hortabitur ſuper hoc C. de neceſ. ſerui. hære. inſti. l. qui-

dam.§.fin.In ſecundo caſu deficit ius accreſcendi, & in legatis inſpicitur principaliter perſona legatarij,& perſona eſt præferenda omnibus rebus.ff. de iu.codicil.l.quidam referunt.& etiam vbi propter conditionem rei legatum non eſt adeò inutile & ſic eſt in ſecundo caſu neque accreſcit. Tertius caſus quando lego tibi & incapaci,eſt certum quòd non habet locum ius accreſcẽdi, quia habetur pro non ſcripto.Hoc eſt quod habes.C.de cadu.tollen. l.vnica.§.in primo.

Si cui fundus alienus. Vbi dicitur quòd ſi legatus fuit alicui fundus alienus à teſtatore ſciẽte fundum alienum,& legatarius fundi ſibi legati emerit proprietatem & non ex cauſa lucratiua obuenerit,nihilominus ageret ad totum fundum contra hæredem vt conſequatur æſtimationem totius fundi ſcilicet proprietatis & vſusfruc. Deinde reſpondet imperator tacitæ obiectioni ibi quia vſusfructus dicit aliquis,æſtimatio vſusfructus non cõſequatur legata quia vſusfru.ex cauſa lucratiua ſibi obuenit,ergo agere poteſt contra hæredem ad plenum fundũ vt æſtimationem proprietatis & vſusfructus conſequatur ad hæredem, quia ſi æſtimationẽ vſusfructus conſequeretur, iam duæ lucratiuæ cauſæ concurrerent in eandem rem cum partem fundi legati ſcilicet ex cauſa vſusfru. dicit imperator hoc non obſtat, quia vſusfru. non eſt pars integralis fundi legati,nec petitur tanquam pars, ſed eſt ſeruitus,licet ita dictum ſit de rigore iuris.

1 *Legatum valet ſi teſtator crediderit rẽ quæ ſua erat eſſe*

esse alienam scilicet alicuius extranei vel etiam legatarij.

2 *Opinio in his quæ ex solo animo nostro consistunt magis inspicitur quàm veritas, in alijs magis inspicitur veritas.*

3 *Dominium in te non transfero si trado tibi rem meã, credens tuam esse.*

4 *Dispensatio per papam an valeat ignoranti.*

5 *Hæres antequam adeat hæreditatem an debeat esse certus vtrum conditiones sint impletæ.*

1 *Si quis.* rem suam. † Hic dicitur quòd si testator crederet rẽ quæ sua erat, esse alienã, scilicet alicuius extranei, vel etiam legatarij, & legauit credens alienam vel legatarij, valet legatum † 2 quia plus valet quod in opinione est, * quàm quod in veritate est. ff. de acquirenda hæredita. l. is putat. Solue istud brocardum: quia aut quæritur de re quæ consistit in animo, & tunc præfertur opinio veritati; sed vbi quæritur de re quæ non cõsistit in animo, præfertur veritas. Dicitur quòd si testator legauerit rem suam quam credidit legatarij, quòd valet legatum, cum non habet animum legandi, ergo non valet legatum, & quòd non habeat animum legandi, probatur sic. Iura volunt quòd legatum rei suæ non valet, sed testator præsumitur hoc scire: quòd si legaret legatario rem suam, non valeret legatum: ergo si credidit rem illam esse legatarij, & ei legat, non habet ani-
3 mum legandi. † Item dicit lex quòd si trado tibi rem meam, credens tuam esse, non transfe-

* Quod in opiniõe est. Adde quòd magis inspicitur opinio quã veritas ĩ his quæ ex solo animo nostro depẽdent, in aliis magis veritas, quã opinio inspicitur secundũ Bar. in l. pro emptore. §. si subcõditiõe. ff. pro empt. in l. gerit. ff. de acq. hære. Et quid sit veritas, vide Alex. in cõsi. liij. incip. In præsenti cõsultatiõe. in iiij. volu.

ro in te dominiũ:ergo si tibi lego rem meã, credẽs tuam,nõ valet legatum.Hoc probatur.ff.de condi. causa da.l.dedi.§.subtilius.dices ꝙ sibi placuit, vel quòd possibile est fauore vltimæ volũtatis.Vel dic quòd est dictum propter imperitos iuris:Dic quòd intelligo vbi testator legat rem suã,credens ꝙ esset legatarij,valet legatũ, intelligatur valet vbi testator credebat aliquid agere,quia fortè erat alij obligata:vnde volebat testator vt lueret eã hæres:vt ff. de lib.leg.l.j.sed vbi non credebat testator aliquid agere,credẽs legatarij esse rem quã sibi legabat,dicerem nullum esse legatũ.Vnde primo casu loquitur litera nostra,& dicit hic quòd plus valet quod in veritate est,quã ꝙ est in opinione.† Hoc facit ad 4
illã quæstionẽ,Concesserat papa cuidã episcopo vt ipse posset dispensare de clericis suis ipsius episcopi quòd haberet beneficium curã habẽs dum esset absens,eo absente vel ignorãte dispensauit secum episcopus vt posset obtinere duo beneficia curata illi absenti & ignoranti,cum ignoraret dispẽsationem accepit secundũ beneficiũ quod fuit collatũ, agitur contra eum vt dimittat primum lit. conte. super causa illa venit nuncius episcopi ad eum deferens ei literã dispensationis:modò dicit ipse sum securus,quæritur an dispensatio valet ei ignorãti. ff.de iudi.cum furiosus:Dices mala cõsciẽtia accepit cùm ignoraret dispensationem factam.& istud non obstat,quia si inuito domino res fuit contracta, committitur furtum:sed pone quòd dominus secundùm veritatem vult contractationem, tamen credit ille qui contractat domino inuito, non

non cōmittetur furtum, nec cōpetit actio furti, vt ff. de furtis. l. inter omnes. & insti. de ob. quæ ex delicto. §. placuit. versicu. sed credat. Facit. l. impuberē. ff. ad legem Corn. de fal. & quòd posset dispensatio proficere ignoranti inducebatur. l. eius qui. ff. si certum pe. cùm ex vltima voluntate acquiratur ignoranti voluntate testatoris papæ dispensantis vel alterius cui collata est potestas à domino papa. Iu-
5 ra in mundo † quæ meliùs faciunt ad illā quæstionem, sunt ista. Dicit lex, hæres antequā adeat hæreditatem debet esse certus vtrum conditiones sunt impletæ. ff. de acquir. hære. l. in repudianda. Verum est in conditionibus quæ in facto consistunt, vt si institutus fuerit sub conditione, si nauis venerit ex Asia, debet scire completam esse istam cōditionem antequā adeat: etsi antè adeat, non prodest. Sed de conditionibus quæ consistunt in iure, non debet esse certus, & si adeat valet. Similiter filius hæreditatem non potest adire sine consensu patris. Pone delata est tibi hæreditas, pater tuus est vltra mare, tu credis eum viuere, & est mortuus, adis hæreditatem, non nocet istud impedimentum constans in iure: ergo cùm hoc sit impedimētum iuris quòd aliquis secundum beneficium curatum habens nō possit obtinere si accipit qui secundum veritatem potest: quia dispensatum est & credat se non posse obtinere, tamen hoc non nocebit. probatur per. l. multum. ff. de condi. & demon.

1 *Legatum quando videatur quis ademisse.*
2 *Procurator quando videatur reuocatus propter præsentiam domini in iudicio.*

Si rem suam. †Hic dicitur ꝙ si legaui rem meam, 1
& postea alienaui eam, quia vendidi, si ex causa voluntaria, non videtur ademisse legatum, secus si ex causa necessaria, quia videtur ademisse lagatum, seu reuocasse. No. hoc. ff. de adimē. lega. l. rem legatam. item si rem legaui, postea obligaui eam, nō videtur ademisse legatum sine distinctione licet in primo casu distinguatur vt dixi, hoc est quod probatur. ff. de leg. iij. l. fideicōmissa. §. si rem. Per theoricam istarum legũ soluebat dominus domini mei talem quæstionẽ, †ego constitui procuratorẽ, ipse 2
sic constitutus fuit in iudicio pluries, ego dominus postea interfui vna die: die sequenti venit procurator, dicitur ꝙ dominus fuit in iudicio, & ideo reuocatus est, nunquid intelligitur reuocatus? Distinguebat, aut intercesſit dominus ad articulũ ad quẽ oportebat eum venire de neceſsitate, puta erat dies aſsignata ad iurandum de calumnia, non est reuocatus procurator. Si non erat necessarium dominum venire, vt quia non erat dies aſsignata ad lit. cōtesta. videtur reuocatũ, sicut in legato lego tibi rem meam. & ecce donatio quæ legatum quoddam est, similiter cōstitutio procuratoris est quasi donatio, dono tibi potestatem contest. lit. seu causam postquã legaui rem sed alieno, quia transfero in alium vt quia vendo si voluntate reuocatur legatum sed ex neceſsitate non reuocatur, sed quando de persona domini in personam procuratoris transfertur iudicium. vel econtra de persona procuratoris in dominum, videtur alienari. quæritur an hoc factum est voluntarie, & videtur reuocare

proc

procuratorem si ex necessitate non videtur reuocatus.

1 *Legatum quando videatur reuocatũ si testator rem legatam postea obligauit.*

2 *Dominium per venditionem & traditionem transfertur, non per obligationem pignoris.*

3 *Prohibitus emere, an prohibeatur pignus cõtrahere.*

1 *Iidem* rescripserunt eum &c. † Hic dicitur quòd si testator rem legatã posteà obligauit, non est reuocatum legatũ indistinctè: quia non est tanta alie
2 natio sicut prima: quia † per venditionem & traditionem transfertur dominiũ, non per obligationẽ pignoris. Ad quid valet hæc pignoris obligatio? Non est obligatio. Duo erant barones, vnus promisit alij quòd non acquireret aliquid in terra alterius sub pœna maxima. Venit vnus miles qui erat in terra baronis, & in qua alius baro promiserat aliquid non acquirere, cùm indigeret pecunia, quoddam suum castrum obligauit sub pœna mille librarum, quas mutuauit. venit alter baro cui facta fuit promissio, & agit contra istum, & dicit pœnam esse commissam, & di-
cit, Tu promisisti non acquirere aliquid in terra mea, tu tale castrum quod est in terra mea pignori accepisti, & sic acquisiuisti. Dico quòd pœna est
cõmissa, & eam peto. Dominus meus dicebat ꝙ quidam aduocatus valde magnus dicebat casus legis est ꝙ pœna nõ est cõmissa: † quia dicit lex, vbi quis prohibetur emere pignus, contrahære potest, vt ff. de pigno. l. in quarum finibus. ergo vbi quis prohibetur acquirere pignus, potest contrahere rem, nec

nec te moueat verbum emere:quia verbum emere ad omnem obligationem se extendit,vt ff.de sta.libe.l.statuliberi.§.quintus.Queritur ibi quis prohibetur acquirere?Vel promisisti non acquirere poterit contrahære pignus,hoc est quia ibi est alienatio alteri vni vnius acquisitio alteri cùm non videtur alienatum qđ nõ est alteri quæsitum,sed quod datum est tibi vt non alienetur,videtur datum vt alij obligetur.C.de reb.alie.non alienan.l.fi.Ego distinguo,aut datur pignori ita quòd non est verisimile rem suam in futurum coniecturari,potest tamen ex quantitate quæ numeratur quia quantitas est maxima cùm ex persona qui eã accepit,quia est talis persona verisimile est ꝙ aliam suam rem obligabit quàm luat ista quia est homo indigens & malè faciens facta sua,tũc videtur acquisitum:& tunc est pœna commissa si non,est argumentũ legum.ff.de leg.qui hebebat.& de suppel.lega.l.legata.

1 *Testator si partem rei legatæ alienauit,in parte non alienata valet legatum.*

2 *Rem in feudum si cui concessi alieno partem,nunquid feudatarius totum amittat.*

Si verò quis partem rei legatæ. † Hic dicitur quòd 1 si testator partem rei legatæ alienauit,indubitanter etiam parte non alienata,valet legatum.Hic est argumentum ad quęstionẽ de feudo.†Do tibi rem 2 in feudum,alieno partem,nunquid amittis totum? Argumẽtum hic quòd feudatarius partem nõ alienatæ non amittit.& est argumentum quod dicitur nihil actum credimus &c.C.de his qui:vt indig.l.vlti.sed optimũ est argumentum,& illa contraria

quæ

quæ dicit,quia quod inceptũ est habetur pro completo.ff.de auro & argento lega.& si non sicut.§.ꝙ ergo.Ego dico quòd si feudatarius alienat partem feudi sine volũtate domini totũ amittit indiuiduũ: quia qui delinquit in partem,reus est in totũ:quia est quædam indiuiduitas in feudo:quia si cedit ad me feudum pro parte,non esset fortè sufficiens ex eo qui seruiret.vnde lex dicit,si dominus fuit occisus à familia& hæres institutus aperit testamẽtum ante habitam quæstionẽ de familia defuncti,amittit hæreditatem.Sed pone non aperuisse totum testamentum,sed partem testamenti,dicit lex similiter amittit:quia cum ille qui vendit totum ergo & qui partem totum amittit,hoc est quod dicit.l.iij. ff.ad Sillan.incipit si quis iñ graui.§. si quis testamentum.& ff.de leg.j.in graui.

1 *Liberatio tribus modis relinquitur.*

1 *Si quis* debitori suo.dicit ibi glo.†quòd liberatio tribus modis relinquitur. Primus modus si dicat testator,peti nolo,vel quod debet relinquo, vel actionem remitto,quòd hic liberandus est legatarius ab omni debito,vt hic.& ff.de lib.leg.l.si quas rationes.& l.Aurelio.j.respons.Secundus est,si negotium testatoris gessisset,& testator dixerit,rationes reddere nolo.& hic ab omni debito liberatur,nisi ab eo quod penes eum sit,& ab eo qđ dolo fecit:vt ff.de lib.lega.l.Aurelio.§.fi.cũ suis cõcord. vt in glo.fi.ibidẽ.Tertius dicit glo.si dãnauit hæredem ne exerceat actiones, hoc est, si prohibuit ne exerceat actionẽ. Non est idem dicere debitorem peti nolle ab hærede meo,& nolo ꝙ hæres meus exer

exerceat actionem contra debitorem meum.

1 *Debitor si legat creditori quod sibi debet an valeat.*

E contrario. Hic dicitur† ꝙ si debitor legat creditori qđ sibi debet, nō valet legatum: quia in legato debet esse aliquod lucrū, aliâs non valet, sed si valet hic nullū lucrum creditor habet, quia nihil amplius cōsequitur, sed nō semper habet aliquid amplius per legatū ipse creditor cū legatur sibi suum debitū, qa ad minus habet hypothecā competentē pro legato. Idem dicendū si erat species debita cōpetit rei vēdi. pro certa specie legata, puta quia debebatur ex stipulatione. dicit gl. ꝙ nō valet legatū si sit plus propter hypothecam. ecce arg. qđ facit ꝙ plus debet esse in legato. Plus quatuor modis dicitur. nam dicitur plus in hypotheca. Certè alibi dicit cōtrariū glo. ꝙ plus valet propter hypothecā. l. si fideicōmissa. §. si rē. ff. de lega. iij. vnde ego dico ꝙ omnino si plus est ius quā in debito vel plus in hypotheca vel alio modo valet legatū ꝑpter id plus. hoc est qđ probat. ff. de leg. l. si creditor. §. idē quod.

Quòd si in diem. Ibi dicitur ꝙ si legatū fuerit purè debitū in diem vel sub conditione, valet legatū: & si viuo testatore veniat conditio, vel dies: nec est dicendū inutile propter illud dictū ꝙ res venit ad casum à quo incipere nō potest: ergo non debet valere. Dic solutio est incertū si rectè cōsideretur: quia semel cōsistit, vnde si res reducatur ad casum à quo incipere nō potest ante consummationē, certè tūc annihilaretur. sic fuit hic quia tēpore quo legabatur erat plus in legato, & ita fuit vtile & æstimatur vtile. verum est ꝙ perfectionem suam nō habet le-

gatum

gatum,nisi à morte testatoris.

1 *Legatum de seruo hæredis si posteà manumissus fuerit an tenetur hæres.*

2 *Pœna committitur contra promittentem aliquid non facere,licet nõ fecerit,sed habens causam ab eo, Idem est si aliquis faciat,vel habens causam ab eo.*

Si res legata. In §.illo,versi.si vero hæredis.dici-
1 tur,†quòd si seruus hæredis legatus fuerit,& ipse manumiserit eum,tenetur hæres. Idẽ est si ille qui alium habuit ab hærede hoc fecerit: quia donauit eum hæres,sicut seruum suum quem testator legauerat,& donatarius eum manumisit.Ex hoc soluitur talis quæstio.Quædã vetula habebat montem fortissimũ,dicebat quidã vicinus suus in illo monte posset eleuari castrũ,& esset mihi valde damnosum:vnde promisit illa vetula ꝙ ibi nõ faceret castrũ sub pœna.Posteà vendidit montẽ illũ,emptor castrũ eleuauit,nũquid pœna est cõmissa cõtra vetulã?videtur ꝙ nõ:qa promisit sub pœna ꝙ nõ faceret castrũ,& ipsa nõ fecit.Dico ꝙ pœna est cõmis-
2 sa cõtra vetulã:† Quia idem est si aliquis faciat,vel habens causam ab eo,vt hic.& ff.de verb.oblig.l.si seruũ.vult gloss.no.similẽ quæstionẽ.ff de alie.iud. mu.causa fac.l.iij.& credo ꝙ nominat in cõtrariũ.

1 *Legans ancillas cũ suo partu,mortuis ancillis viuo testatore an extinguatur legatum in peculio.*

2 *Legata duo principalia sunt si testator dicat,lego Stichum cum asino:secus si dicat,lego seruum cum peculio,& de ratione diuersitatis.*

Legata duo principalia sunt si dicat testator,lego seruum & peculium.

Ingre

3 *Ingrediens monasterium si dicat, do me, cum meis, sed non valet ingressus propter aliquam causam, nec datio bonorũ: secus si dicat, do me, & mea: & licet nõ teneat ingressus quoad personam, tamen tenet quoad bona.*

Si quis ancillas. Hic dicitur, †quòd si quis legauerit anncillas cũ suo partu, & si ancillę mortuæ sint post testamentum viuo testatore, extinguitur legatum in peculio, quæ est ratio diuersitatis. Dico ꝙ hic diuisio posita inter res quarum vna non est accessio alterius sed quantũ hic coniunctio est. vnde si dicam sic, † Lego tibi Stichum cum asino, valet quantum si dicerem, lego tibi Stichum & asinũ. & sunt hic duo legata principalia. sed cum dico sic, lego tibi seruum cũ peculio, hic non habet copulare: quia vnũ est accessio alterius, scilicet peculium est accessio serui: & ideo si nõ valet in principali, nec in accessorio. Sed aliud esset dum dicerem, lego seruum & peculiũ, & ꝙ essent duo legata principalia. & ideo licet nõ valet tamen in peculio & in ancilla & natis eius dico lego ancillã & natos eius, semper intelliguntur duo legata principalia, nec vnũ est accessio alterius propter nobilitatẽ personarũ vt ff. de ædil. edi. l. iustissima. Valet hic theorica † ad hoc si quis ingrediatur monasteriũ & dicat, do me cum meis: sed non valet ingressus propter aliquã causam tunc nec datio bonorum. Sed si dicat, do me & mea, tunc sunt duo principalia, & licet non tenet ingressus quo ad personam, tenet tamen datio bonorum: & sic bona remanebunt monasterio.

(Margin numbers: 1 beside "Si quis ancillas… legaue-"; 2 beside "si dicam sic, † Lego…"; 3 beside "vt ff. de ædil…")

Differen

1 *Differentia inter fundum instructum, & fundum cum instrumento, vel fundum & instrumentum.*

Idem est si fundus legetur. Fundus instructus dicitur hic quòd si non valet in fundo, nec in instrumento cótra est. ff. de fun. instr. instrumētóque. si dicam sic, lego fundum cum instrumento. Dicēdum est quòd sunt duo legata principalia, & si vnū non valet, nihilominus aliud valet: sed si sic dico, dono fundum instructum & fundum cum instrumento, hodie sunt pro vno: & licet esset ita ꝙ essent diuersa fundum & instrumenta per legem illam, hodie sunt idem per. §. istum. Bene emanat differētia illorum duorū fundus instructus, & fundus cū instru-
1 mento ad illud fundus instructus. † No. quia differentia est inter fundum & instructum ex vna parte & fundum cum instrumēto vel fundū & instrumētum ex alia, & est dicendum vna non attingit, quia sic prima est quòd si legatis fun. instru. vtrum legatum & instrumentum patrisfami. vnde videtur legatum ꝙ idem quoque fundus est & instr. C. de verbo. sig. l. ij. in fi. sed si instrumētum patrisfami. vnde videtur legatū quia idem quoque fundus est & instructus. hoc probatur l. præallegata. & ff. de fund. instru. l. j. l. si cui. & l. quātū. §. sed si fundus. & sic habes no. C. de ver. sig. l. ij. nec ista differētia est correcta. Alia est differentia si legatur fundus instructus alienato fundo non debetur instrumentū: sed si legatur fundus cum instrumēto, vel fundus est aliàs instructus instrumentum vt dicta l. si cui. de fund. instr. Istam differentiā probat gl. in d. l. C. de verb. signi. sed vera est per legem illā, sed hodie est cor-

recta per §.istum.†Quia ista duo sunt æqualia,fundus instructus, & fundus cum instrumento: quia fundo alienato non valet legatum in instrumento: sed si legatur fundus & instrumentum fundo alienato bene valet legatum & instrumentum, vnde bene remanet differentia istorum fundus & instrumentum,non istorum fundum instructum & fundum cum instrumento. 2

1 *Legato grege legatum in vna oue retinetur si viuo testatore ad vnam venerit.*

Idem dicendum de legato domus quæ viuo testatore reducitur ad aream.

Si grex. Pone grex fuit legatus,mortuo testatore venit ad vnam ouem,valet legatum in illa.Sed pone,viuo testatore venit ad vnam ouem. glos. dicit quòd non valet:ego dico quòd imò. Idem dicerem si domus esset legata, & viuo testatore reducatur ad aream:vt ff.de leg.j.l.si grex. 1

Peculium. Dicitur quòd si manumissus sit seruus in vltima voluntate,non videtur ei legatum peculium,nisi expresse fuerit legatum, sed si manumittatur inter viuos habebit manumissor operas & seruitium in recompẽsationem videtur peculium relictum:sed vbi in vltima voluntate manumittitur,cessat ista ratio:& ideo aliâs non videtur ei relictum peculium nisi expresse reliquerit, & licet postea posſit habere operas:quia potest cõualescere,tamen hoc non credit,& raro euenit,quòd conualescat,& refert se ad ea quæ sæpe & ex l. nam ad ea.ff.de legibus.

1 *Legatum in genere an valeat,& cuius erit electio.*

Legata

2 *Legatarius vbi habet electionem non eliget meliorẽ, sed mediocrem,& quando.*
3 *Hæres censetur eadem persona cum defuncto.*
4 *Hæres habet interpretari obscuritatem si qua sit in rationibus factis positionibus, vel etiã in libello eius cuius est hæres.*

1 *Si generaliter seruus.* † Lego tibi seruum in genere,cuius est electio debitoris si debitus esset homo in genere ex contractu,puta ex causa sigillationis quia sic est in alternatiua promissione, electio est debitoris,scilicet permissoris. ad legẽ illã respondeo,electio est legatarij verũ est ex postfacto si hæres non vult eligere sic transfertur electio:vt ff.de sol.l.j.& ij.& C.de sol.l.j.Ista sententia mihi nõ placet:quia si legatur homo in genere, electio est legatarij in prin.vt hic & ex post facto.ff.de legatis.j.
2 l.si seruus legatus.§.cum homo. Dominus † Io. distinguit hic & altius exorditur materiam istam, & non valet legatum: quia decisorium.dando enim paleam esset liberatus,& idem est si in genere subalterno legatur animal,dando muscam, liberaretur:sed in specie specialissima.& hanc appellant legistæ genus, vt hic quia legatur homo vel equus, tunc distinguit,aut sensit testator de certo aut nõ: si non,aut legatur res quæ habet à natura fines desi gnatos sed distinctionehominis,vt fundus,domus. Primo casu quãdo legauit seruũ simpliciter:nõ distinguo aut testator nõ habet resin patrimonio suo quia seruos nõ habet, tunc legatarij nõ erit electio quia ipse eligeret de omnibus seruis ,qui sunt in mundo,nimis graue esset hæredi: vnde hæres eli-

get ſed nõ deteriorẽ:vt ff.de leg.j.l.legato. & l. qui duos.†Vbi legatarius eligit non eliget meliorẽ ſed 2
mediocrem quòd niſi hæres eliget diſtinguerit qui dam quia aut res legatæ ſunt tales & inter omnes reperiũtur aliquæ quas potiùs expedit habere quã non habere,vt in genere hominis eſt,ita reperitur aliquis homo quòd potius expedit non habere quã habere,tunc mediocris eligitur.ſic intelligit ff. de leg.j.l.legato.Si ſunt tales res legatæ in quibus non reperiuntur aliquæ quas potiùs expedit non habere,quàm habere,vt in genere,potius tunc eliget mi nimum.Sic intelligitur lex,fideiuſſorem.§.j.ff. mã. Si verò ſit res quæ non habet fines determinatos à natura,vt eſt fundus,non valet indiſtinctè per legem,cum poſt.§.gener.ff.de iure dò.aut eſt domus & ſubdiſtinguitur habuerit teſtator in patrimonio ſuo domos & valet legatum,aut non habuit domos in patrimonio,tunc nihil valet:vt l.ſi domos. ff.de leg.j.& eligit hæres vbi habet domos in patrimonio.Ratio diuerſitatis non poteſt reddi:quia illud in fundo quod in domo cum illa diſtinctione quæ dicta eſt ibi voluit reddere diuerſitatem:quia cùm legatur fundus,poſſet legari fundus vnius digiti,& ſic non valeret legatum,ſed domum ſic non deſignabis deſtinatione hominis ſed proiectis interiectione.l.ſi quis duas.ff.commu. prædi. ſi dicas mihi niſi teſtator legat domum ſi habet in patrimonio domos , nunquid habet legatarius vnam quam eliget hæres ſed habet eam eo modo quo reliquit eam teſtator nec operatur ibi deſignatio hęredis. credis tamen quòd ſi vellet hęres facere domum

mum aliam, quia illam dare non posset: vnde si posset hæres designare talem quæ nullius esset vtilitatis ratio & fundo legato dabitur vnus in ea dispositione quam reliquit testator, nec operabitur designatio hæredis, & ita non erit vtile legatum: si autem sensit testator de certo sed ignoramus de quo erant duo Stichi & dixit, lego Stichum sensit de certo: quia Stichus non est nomen generis, sed est nomen certi hominis, vnde sensit de certo, sed ignoratur de quo hoc casu hæres interpretatur voluntatem defunct..l.si quis à filio.§. pen.ff. de lega.j.

3 † quia nullus est qui habeat tantam identitatem cum defuncto quantam hæres: quia hæres eadem persona cum defuncto censetur, vt in auth. de iureiuran.à mo.præsti.circa principiũ.Facit dicta lex, legato.

4 † Hæc vera sunt in argumen.quòd si in rationibus factis positionibus vel etiam in libello sit aliqua obscuritas, eo defuncto facienda esset interpretatio per hæredem.Hęc sunt vera, nisi legetur in genere, scilicet res certa: planum est quòd debet dari talis qualis est, si sit legatum sub alternatione, aut legatur sub alternatione dirigendo sermonem ad hæredem hæres cui dato rem illam aut illam quam eliget hæres si dirigendo ad legatarium legatarius capito talem rem, vel dicit simpliciter non dirigendo sermonem ad aliquem, electio est legatarij: vt ff.de leg.iij.l.Lucio. & de lega.j. prope finem legis.

1 *Conditio tacita non facit legatum conditionale quo ad transmissionem.*

Optionis legatum. Vbi dicitur quòd olim lega-

tum optionis erat inutile si non optabat viuus ipse legatarius.gl.reddit rationem: quia istud legatum est conditionale, scilicet sub ista cõditione, si optaret: & ideo si decedebat ante impletã conditionem, scilicet antequã optaret, non valet: quia conditionale si decedat legatarius ante impletam conditionem euanescit: vt C.de cadu.tollen.l.vnica.§. si autem. Sine cõditione. Dicis quòd legatum optionis est conditionale, habet ne conditionem expressam vel tacitam? si tacitam † tacita conditio non facit legatum conditionale quoad transmissionem: vt ff.quando dies leg.ce.l.cum illud.in fi.& ff.de cõdi.& demon.l.quæ extrinsecus, si sit expressa tunc facit legatum conditionale. Quid dicemus? glo.malè dicit. Quæ est ergo ratio, quare legatum optionis si decedat legatarius antequã optet? Ratio est quia conditio adhæret personæ cui est ascripta, legatum optionis habet conditionem optandi ascriptã personę, adhæret personæ nec potest impleri per aliũ. l.si hæredi.ff.de condi.& demonstra.vnde si esset dictum in forma conditionis expresse, lego tibi seruum si optaueris, si non optares viuus, non valeret legatum, nec hodie valeret: sed hic non est in vim conditionis: ideo valet. 1

1 *Legari potest habentibus testamenti factionem passiuè.*

Et ille põt legare qui habet testamẽti factionẽ actiuè.

2 *Differentia an sit inter capere & accipere.*

Legari. † Ibi dicitur quòd potest illis legari cũ quibus est testamenti factio pasiuè, & ille potest legare qui potest testamentum facere: vt ff. de leg.iij. l.j. 1

l.j.& ij.hic enumerantur in glo.cum quibus non est testamenti factio, scilicet qui non sunt capaces in testamento alicuius:sunt quidā capaces licet in aliquibus posset capere filius de adulterio damnatus, & filius incestuosus in testamēto ei⁹ cuius est filius capere nō potest,in alio sic.Itē mulier nubēs intra tēpora luctus:vt C.de secū.nup.l.ij.no. quòd quidā non capaces qui non possunt capere nec recipere, quidam qui licet non posśint capere,tamē possunt
2 accipere.† vnde aliud est capere,aliud accipere: & lex facit differentiam inter illa duo capere,& accipere:vt ff.de ver.sig.l.aliud. Vide totum tractatum de his qui. vt indig. C. & ff.quod aufertur hæredi primo tanquā incapaci, fisco applicatur. Intelligo de tali capace qui non potest capere,& pro nō scripto habetur:vnde veniet ad hæreditatē in qua est institutus qui capere nō potest,nec accipere illi cui licet defert ab intestato non fiscus.quidā sunt capaces accip.& nō cap.instituo hæredē, iste nō vēdicat mortē meā,nō pōt capere hæreditatē, & ad suū cōmodū habere sed accipere pōt,adire potest,& sibi remanent iura hęreditatis directa,sed nō cōmodū: sed habebit fiscus cōmodū,sed si non posset esse hæres,licet veniret successor ab intestato,& nō fiscus, sed quia licet accipiens cōmodum retinere non potest,& accipere potest,sed non capere: ideo venit fiscus,& quòd isti indigni sint hæredes & fiscus habeat cōmodum,ex hoc sequitur ratio in cæcò qui videtur sine ratione quando hæreditas applicatur fisco legata debētur:ratio est quòd ex quo non est nō valēt legata sed hoc est dicere.s.ille cui aufertur

vnde remanet hæres licet ei aufertur cōmodum. Sic loquuntur iura.ff.de vulg.& pupil.l. ex facto.§. Iulia.longius.ff.de his quibus vt indig.l.cum in tabulis.

1 *Legatum factū incertis personis an valeat & quādo.*

2 *Legatum factum collegio an videatur factum certis personis vel incertis; & quid de legato facto pauperibus.*

3 *Incertitudo qualiter cognoscatur in legatis & an vitiet legatum.*

Incertis personis. Infra dicit glo quod † pauperibus. Item relinquo collegio, valet legatū.& tamen legatur incertis personis.Speciale est.ita habes no. C.de sac.san.eccl.l.j.Dico quòd quādo legatur collegio, non legatur certis personis, nec incertis, sed personæ factę seu reprę sentatæ.† Quia sicut hæreditas reprę sentat vnam personam, sic collegiū repræsentat personam vnam. vnde relinquitur personę reprę sentate, hoc est quod probatur.ff.de fide iuss.l.mortuo.Si pauperibus relinquitur, verū est ꝙ relinquitur incertis personis, & sic intelligitur.C. de epis.& cler.l.id quod pauperibus. & est speciale legatū incertæ personæ.† Nā incertitudo dicitur: quia dicat testator, vni ex cognatis meis & filię meę lego tantū, istud est legatū incertæ personæ relictū quia incertæ personæ tamen incertitudine relictū est valeret vt hic versi.illo sub certa demonstratione.Idem dicit lex quidam.ff.de rebus dubiis.cognatis meis qui nunc sunt, isti sunt certi: quia si dicerem qui nunc sunt & qui erunt, incerti: vt ff.de rebus dub.l.si cum cognatis.

Tutel

1 *Tutelæ dationem vitiat incertitudo.*
2 *Legum correctio non inducitur per coniecturas.*
3 *Incertis personis potest relinqui & quando incertitudo vitiet legatum.*

Saltem & qui erunt incerti. Ibi dicitur, olim posthumo alieno legabatur inutiliter. sequitur versic. nec hæc species. penitus enim sint emẽdatione relicta cum iure constituto posita est constitutio, scilicet quã nõ habemus per quã constitutionem huic parti prouiderunt, scilicet ꝙ posthumo alieno relinqui potest per istam constitutionem per quam emendatum est, scilicet ꝙ posthumo alieno legari possit, intelligit gloss. ꝙ incertis personis vt hodie incertis personis legari possit ad hoc inducit lex, quæ parũ facit. ff. de leg. iij. l. hoc legatum. primo responso. & lex ea tamen. sed ego probo hoc per literam nostrã: quia dicit hic litera sed nec huius species &c. istud nec implicatum est ac si diceret, ista pars arguitur in qua dictũ est de posthumo & per superiorem in qua dictũ est quòd incertis personis non valet legatum: & ita dicit litera in illo. §. superiori. Incertis verò personis nec legata nec fideicom. &c. quasi dicat, & si illa cõstitutio corrigit in legatis incertis personis relictis, & in legato posthumo relicto, tamen de tutore nõ est correctũ per cõstitutionem illam: & sic hodie ius commune est quòd incertis personis legari potest: & hoc innuit litera nostra tota. & scis tu quia legatum olim incertis personis nõ valebat si extra amicitiam legabat testator alicui & si diceret sic, quicũque primo ascenderit Capitolium, lego ei decem. Quæ amici-

tia potest colligi in eo qui primo ascendet. Sed hodie hoc est correctum in tutore & specialis ideo quam non corrigit vt incertis personis dari possit: quia expedit impuberi habere bonũ tutorẽ: † Quia 1
si diceret testator, qui primò venit de ciuitate Romana sit tutor filij mei, nõ valet tutoris datio. Fortè est quidam ribaldus ille qui primò veniret: ideo hoc correctum non est in tutore. Quidam dicunt ꝙ non corrigitur, scilicet quòd incertis personis non relinquitur imò incertis personis relinqui nõ potest: † quia legum correctio est euitanda. ff. de 2
inofficio. testamen. l. j. & C. de appel. l. præcipimus. in fine. vnde cùm non inueniatur expresse correctum per coniecturas nõ est expressè corrigendũ: quia correctio legis per coniecturas nõ est capienda * in auth. quibus modis nat. effi. legi. §. tribus, & ꝙ nõ sit correctum sic ostendit speciale in pauperibus qđ incertis personis legari possit, vt C. de epis. & cler. l. id qđ pauperibus. & l. si quis ad declinandam. ergo si in pauperibus est speciale, ergo in contrarium est ius commune. ff. de leg. l. ius singulare. & ff. ad muni. l. j in fin. C. de thesau. l. vnica. † Dico ꝙ 3
imo incertis personis potest relinqui, & hoc innuit litera nostra, ab illo. §. incertis. vsq; ad. §. si quidem in nomine. si rectè intelligatur vt ego dixi. Sed attende ꝙ aliquando ab initio est aliquid incertum, sed ex post facto potest fieri certũ, vt quia dicit testator, qui primò ascendet Capitolium, vel quicunque filiam suam filio meo nupserit, ei lego tantum quod relinquitur incertæ personę, hoc modo dico qđ valet, & est ius commune, quòd legatũ incer

* Nõ est capienda. Etiã ex idẽtitate rõnis non inducitur legũ correctio nisi quatenus in lege sit expressum. Ita Bar. ĩ authẽ. cui relictũ. C. de iud. vi. tol. adde etiã ꝙ nõ inducit ex dictiõe taxatiua tãtũ. Bar. in l. si qs §. cũ Titio. ff. de adi. leg. De materia vide etiã per eũdẽ in l. marcellus. ff. ad Treb. vide d. Ias. in authẽ. nouissima. ĩ pe. co. versic. pro cõtraria parte. C. de inof. test. vbi expresse dicit ꝙ nec per interpretatiões aut subauditos intellectus inducẽda est iuris

incertæ personæ valet. In hoc corrigitur ius antiquum, sed quãdo nec à principio nec ex postfacto potest esse certum, quia dico sic, relinquo vni homini ex mundo, non valet, nec hodie: sed ꝙ pauperibus licet isto secundo modo incertitudinis sunt incerti tamen, valet in eis, & est speciale. vnde etiã hodie valet in incertis personis à principio & ex post facto hoc speciale, sed ꝙ incertæ ab initio certæ etiam ex post facto olim non valebat, hodie est ius commune.

communis correctio.

Allegat glo. quam dicit sing. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti de elect. in vj.

1 *Huic proxima* est illa. Ibi dicitur quòd † ista tria differunt, causa, demonstratio, modus & conditio. Causa respicit præteritũ, q̃a gessisti negotia mea, lego tibi domũ, respicit præteritũ inspecto tẽpore donationis. Demonstratio respicit pręsens tẽpus lego tibi Stichum, vel pręteritũ quẽ ego emi. Hic nec est causa, sed in primo q̃a gessisti negotia mea, vel non est causa quã lego. Modus & cõditio respiciũt futurum, conditio propter est de futuro potest tamẽ esse de præsenti & de præterito, sed propriè est de futuro, & sic fit conditio per si, & per eum modus, prout lego tibi fundum vt eas pro me Romã, vel si eas pro me Romam, conditio est. Hoc probatur. ff. de condi. & demonst. l. qui promittunt facit conditionem, vt ff. de leg. l. Stichus. In legato tamen optionis cùm dico, lego tibi vnum de seruis meis quem elegeris, respicit futurum, non habet vim conditionis ad minus quo ad transmissionẽ, vt s. §. optionis.

1 *Regula Catoniana quæ sit, & qualiter intelligatur.*

2 *Donatio facta à patre filio in potestate non valet.*

An

An seruo hæredis. Tractauit de legato in ista consultatione personæ hæredis & personæ legatarij. Ibi dicitur si instituo te hæredē, lego seruo tuo purè non valet legatum, quia legatum datū est à te, & quod legatur seruo tibi acquiritur: & ita dandum est à te & tibi quæritur non valet, & adeò nō valet quod nec conualescat legatum, esto quòd seruus tuus me viuo cui legaui exeat de potestate tua: qa idem ac si esset in potestate tua: quia istud qđ inutile esset si statim decederet testator ex post facto conualescere non potest, esto quòd seruus alienatus esset me viuo. Ista est regula Catoniana in purè relictis quorum dies cedit à morte testatoris, nō à die aditæ hæreditatis, nihilominus hic dicit illa regula istud legatū quod deficeret si testator statim decederet, de quo defectu intelligitur. Legatū quādoque deficit propter personam testatoris, quandoque propter personam hæredis, quādoque mista consideratione. Et ista mista consideratio fit pluribus modis. Quandoque fit legatum mista consideratione, videlicet relatione legatarij ad personam hæredis, vel legatarij ad personam defuncti, vel rei legatæ ad hæredem. †Regula Catoniana quantum 1
ad materiā nostram pertinet, intelligitur vbi legatum impeditur propter mistam considerationem hæredis & legatarij, sic loquitur hic, alibi non prosequor eam solum in casu nostræ literę. vnde in casu nostro esset inutile legatū testatore statim moriente propter mistam considerationem personæ legatarij quia dandum & hæredis esset legatū à se sibi, quia ex post facto conualescere nō potest, &

sic

ſic in hoc caſu habet locum regula Catoniana. Si eſſet enim inutile legatum teſtatore ſtatim moriẽte propter perſonã legatarij tantum quia eſſet non capax tempore teſtamenti,non habet locum regula Catoniana:quia bene poteſt conualeſcere ſi inueniatur capax tempore mortis,vt ff.de iur.fiſ.l.non inutiliter.§.quando autem.Sed in caſu noſtro niſi miſta conſideratione legatarij & hæredis mortuo ſtatim teſtatore nõ valet,ex poſt facto nunquã poteſt conualeſcere.ſcis quomodo gloſſa proſequitur iſtam difficultatẽ. Dicit litera noſtra,inſtituo te hæredem,ſed lego ſeruo tuo,nõ valet legatum, dicit glo.C.de ſeruis hæredi.inſti.l.quidam.§.ille. Illud contrarium nõ valet:quia hic loquitur in ſeruo hæredis,ibi in ſeruo teſtatoris.Item ibi nõ dicit quòd valeat legatum,ſed hæres hortabitur vt præſtet legatum quod reliquit teſtator ſeruo,ſed non cogetur per literam noſtram.Duobus modis debemus intelligere:dicit litera noſtra,inſtituo te hęredem,lego ſeruo tuo,tunc non valet legatum.ex cõtrario,inſtituo ſeruum tuum hæredem,tibi lego, valet legatum.Quę eſt cauſa iſtius diuerſitatis?Primo poteſt ſic perſuaderi.Legatum purè relictũ cedit ſtatim à tempore mortis,vbi innuitur hæres iure inſtitutus,& certũ eſt quis ſit futurus hæres,verbi gratia igitur in primo caſu huius, §. inſtituo te hæredem,lego ſeruo tuo purè, ſi ſtatim decederẽ, ſtatim inueniretur hæreditas adita & cederet dies legati inutiliter:& ideo non poteſt cõualeſcere in futurũ,& quod legatũ & ꝗ ſi ſtatim teſtator decederet eſſe inutile,nõ poſsit cõualeſcere in futurũ,

hoc

hoc probo per regulam Catonianam quam præmisi, vt ff. de regula Catoniana. l. ij. Pone in secũdo casu, instituo seruum tuum, lego tibi, vnde & pure institutus, sed quia sit futurus hæres incertum est, seruus potest alienari & arbitrio eius in quem alienatus est aditus potest manumitti, & suo arbitrio adire: & ideo si decederet statim, non statim cederet dies legati: quia non est certum quis sit futurus hæres: & ideo nõ adibit, donec certum sit quis hæres. & quia potest esse hæres alius, quã seruus, & illius iussu in quem alienatum est adire, & eum facere hæredem, vel potest manumitti vt sic esset hæres: & istis duobus modis valeret legatũ. & hoc dicit litera rectè intellecta, quam oppo. Nunquid in primo casu dominus, qui est hęres institutus potest fieri seruus antequam adeat? Item nunquid se potest dare in arrogationem, & sic est incertum quis sit futurus hæres sicut nec in secundo casu? Dicendum quòd hoc non est considerandum: quia inspiceret casum alicuius & aduersam fortunam eius, quod nefas est, vt ff. de verb. obli. l. inter stipulatũ. §. sacramenta. Alia est persuasio, in legatis spectamus diem cessionis, in hęreditate aditionis: & ideo mutatio cõtingens in personã legatarij post diem cessionis non reddit legatum inutile, primo casu instituo te hæredem, lego seruo tuo. ad hoc vt legatum valeret, oporteret quòd seruus alienaretur vel manumitteretur, sed vt dictum est si statim decederem cùm legatum esset purum, & certum quis sit futurus hæres, statim cederet dies legati, & cederet nunc, & post istam cessionem legati mutatio

contingens circa personam legatarij: quia alienetur seruus vel manumittatur, nihil operatur ad hoc vt reddatur legatum inutile, vel quod possit conualescere, in secundo casu est instituo seruum tuum, & tibi lego, si mutetur persona hæredis: quia alienetur iste seruus vel manumittatur, procedit legatum, & sic non mutata persona legatarij facta mutatione in persona hæredis procedit legatũ: sed in primo casu nõ valeret cum mutatione personæ legatarij: & ita post diem cessionis nihil operatur. Prima deductio efficacior est. Tertia ratio est lega tum non potest intelligi nisi intelligatur hæres, cum instituo te, & lego seruo tuo, intelligendo te, intelligo statim hæredem: quia me decedente sola voluntate esset hæres: & ideo si statim decederem, dies legati cederet inutiliter quasi postea conualescere non potest per regulam Catonianam. Sed in secundo casu, cùm instituo seruum tuum, & tibi lego, non statim intelligo hæredẽ: quia sola voluntate non fit hæres tibi, imò iussus domini fit incertus: ideo non intelligemus legatum cedere statim, sicut in primo casu: & ideo posset esse vtile. in secũ do casu pone, instituo filium hæredẽ, & lego patri, valet ne legatũ? Videtur quod nõ: quia si filius instituitur hæres, certũ est quis sit futurus quia filius, incertũ casum quia si emãcipetur, & adeat, planum est ꝙ hæres est, si maneat in potestate & adeat iussu patris, similiter hęres est licet cõmodũ patri acquiratur. Hoc est qđ tacitè colligit' in l. difficili. ff. de le. j. l. filio. & sic si statim decederet testator, statim cederet legatũ, intelligit' sicut in primo casu: ideo nõ valet

valet legatũ in peculio. Hoc verũ erat iure antiquo qđ certum erat filiũ esse institutũ hæredẽ in omnẽ casum, sed iure. C. potest esse ꝙ pater erat, quia si filiusfa. hęres institutus nõ vult esse hęres, vt C. de bonis quæ libe. l. vlti. & sic incertum est quis sit hęres. & sic dicamus ꝙ est vtile legatum: sic in secundo casu nostrę legis sic non separamus filiũ à seruo: quia in seruo non separamus. Pone, instituo te hæredẽ, lego filio tuo, nunquid valet legatum? Quidam volunt dicere quòd sic. quæ est ratio istius legis, ꝙ instituo te hæredem, lego seruo tuo, nõ valet: quia hoc esset legare tibi, scilicet instituere te hęredem, & legare seruo tuo: quia quicquid acquirit seruus tuus, acquirit domino: sic olim quicquid acquirebat filius acquirebat patri: sed hic proprietas acquiritur filio. C. dę bo. quæ lib. l. cum oportet. non acquireretur proprietas legati filio: hic possum dicere probabiliter, in alio casu est defensio doctorũ: si pater donat filio in potestate, potest reuocare quia idem sunt: videtur quod hoc est correctum hic, & voluerunt dicere quòd sic: quia dicunt ipsi quæ est ratio ipsorum iuriũ quibus cauebatur quòd † donatio facta à patre filio existenti in potestate non valet, illa erat ratio, quia quicquid acquirebat filius in potestate, totum acquirebat patri. Hic cessat ratio ista: quia patri non acquiritur quo ad proprietatem secundum quod hæc opinio est reprobanda in authenti. de immensis donatio. ibi dicitur quòd sicut donatio à patre filio in potestate facta olim non valebat, sic nec hodie. 2

Legat

1 *Legatum collatum in morte legatarij vel hæredis valet.*
2 *Et nunquid idem sit de stipulatione.*

1 *Post mortem quoque.* Dicitur ibi quòd † valet legatum collatum in morte legatarij vel hæredis, vt si sic dicat testator, lego tibi cùm tu morieris, vel post mortem tuam, vel sic, lego tibi cũ hæres meus morietur, vel post mortem hæredis mei, dicit glo.
2 † quòd etiam stipulatio sic concepta valet, promitto tibi cùm hæres meus mortuus erit, vel post mortem hæredis mei, sed alio & alio modo valet legatum. dicit glo. est stipulatio: quia cum promitto tibi post mortem meam, vel cum tu morieris, tamen statim contrahitur obligatio in legato, si sic dicatur, lego tibi post mortem tuam indistinctè. Si sic dicatur, lego tibi quando tu morieris, statim cõtrahitur obligatio te viuo quàm citò hæreditas adiretur videtur aliud quòd cũ dicitur, lego tibi post mortem hæredis mei, vel cùm hæres meus morietur: quia non contrahitur obligatio viuo hærede. vnde facio vim vtrum collatum sit legatũ in morte hæredis legatarij quando sic dicitur, lego tibi cùm morieris, vel post mortem tuam, illa obligatio quæ non potest impediri, & de qua verisimile est quòd te viuo veniret, statim contrahitur: vt lego tibi cùm sol orietur. sic est hic, & minus dubitanter cùm sic dicitur, lego tibi cùm morieris, certum est quòd te viuo cedet dies legati: quia viuus morieris, & idem dicerem hic quòd statim contrahitur obligatio cùm dicitur, lego tibi post mortem tuam: quia certum est diem euenire. In alio casu

quando collatum est legatum in morte hæredis: quia sic dicitur, lego tibi cùm hæres meus morietur, vel post mortem hæredis mei, aliud est: quia nõ contrahitur obligatio viuo hærede; quia si legatarius dicebat ante hæredem legatum est inutile. Hoc probatur. ff. quando dies leg. ced. si cohæres. & ff. de condi. & demon. l. si hæres meus.

1 *Impossibile præceptum an vitiet legatum.*

2 *Impossibilitas ratione breuitatis dilationis non vitiat obligationem.*

3 *Impossibilis conditio an vitiet legatum.*

4 *Impossibile præceptum testatoris an vitiet legatum.*

5 *Stipulatio si incipiat à conditione necessaria valet, si ab impossibili non valet, & quando.*

6 *Legatum si incipit à conditione necessaria valet, sed secus si à præcepto testatoris impossibili.*

7 *Legatum quando cedat.*

8 *Quæ non prosunt singula, multa iuuant.*

9 *Regula Catoniana habet locum si sit legatum cuius dies cedit à tempore mortis, & quomodo intelligatur.*

Exceptis. In isto §. dicitur† quòd præceptum impossibile vitiat legatum. & glo. j. exponit super illo verbo, impossibilia. sed glo. arguit quòd imò impossibile præceptum nõ vitiat, vt ff. de leg. j. l. quòd mihi & tibi. §. j. sol. glo. dicit quòd id præceptum non est impossibile: quia potest esse quòd testator viuet diu post testamentum domini factum, & poterunt serui redire de ciuitate Romana. Dico quòd nullum legatum est inutile propter præceptũ impossibile quod est impossibile propter breuitatẽ 1

dilatio

dilationis. vnde si dicat sic testator, lego tibi seruũ vt hæres det tibi seruũ qui est in ciuitate Romana crastina die qua moriar, valet legatum, & licet sit impossibile quòd heres possit dare illa die propter
2 breuitatem dilationis. † Et pro hoc probo. In testamentis est facienda plenior interpretatio. vt ff. de regu. iur. l. in testamentis. sed si aliquis obligat se ad impossibile ratione breuitatis dilationis promittit facere domum intra quatuor menses, & tamen impossibile est quòd possit facere intra tam modicam dilationem, nihilominus valet obligatio: & amplianda est dilatio arbitrio boni viri, vt ff. locati & conduc. l. insulam, & est vltima lex: quia multò fortius amplianda erit in testamẽtis. Signa-
3 tur aliud contrarium. §. de hære. insti. in fine. † vbi dicitur quòd conditio impossibilis non vitiat legatum *. Hic dicitur contrarium. glo. distinguit quia aut adiicitur conditio impossibilis in personam honorati, scilicet hæredis qui honoratus est vel grauatus de re legata. & sic conditio impossibilis vitiat legatum: aut adiicitur conditio impossibilis in personam honorati, scilicet legatarij, & tunc nõ vitiat legatum. Concordabat dominus domini mei sol. istam & reddebat rationem: quia honoratus legatarius posset implere conditionem quæ in persona sua adiicitur. Planũ est ꝙ impleret eam si posset: ideo habetur pro impleta, vbi est impossibile quòd eam non potest implere, aut haberet legatum: & ideo conditio impossibilis adiecta in persona legatarij non vitiat contractũ si hæres planũ est ꝙ si posset eã implere, ꝙ nõ impleret eã.

* Nõ vitiat legatũ. Adde & vide not. p Bar. in l. seruo. ff. de cõd. inde. & plenius per eũdem in l. j. ff. de cõd. insti. Aduerte ꝙ cõditio ĩpossibilis quam testator putabat possibilẽ vitiat legatũ secundũ Bar. in d. l. seruo. Istud tamen limitat dom. Alex. in apostil. ad ipsum nisi ista impossibilitas quã testator putauit possibilem possit adimpleri per æquipollẽs quo casu dispositio nõ

vitiatur. l. huiusmodi. §. si ita cui. ff. de leg. j. & l. ab hostib. §. in testamento. eo. ti. secũdo limitat per tex. et ibi Bar to. in l. legatũ ciuitati. ff. de vsufr. leg. & in l. opus nouum. de ope. publ.

imò potius impediret dato: q̃ posset implere, ita q̃ legatum deficeret: & ideo cõditio impossibilis adiecta in persona hæredis habetur pro impleta: & ideo conditio impossibilis adiecta in personam legatarij non vitiat legatum. Dico alio modo, quòd †legatum relictum sub conditione impossibili indistinctè valet, siue adiecta sit conditio impossibilis in persona legatarij, siue in persona hæredis. Responde ergo ad contrarium supra de hære. insti. §. vltimo. Sed tu dic, signum fuit ne hic sub conditione impossibili valeret legatum, vt hic dicit gloss. præcipit testator præceptum impossibile sic. Hæres mi præcipio tibi quòd ascendas cælum, vel q̃ montem moueas, & si in cælum non ascenderis, Titio lego, & istud legatum non est relictum sub conditione impossibili, imò sub cõditione necessaria. Similiter si faceret testator præceptum impossibile, vt pote iuris, quia dicit testator, hæres mi, præcipio tibi vt tu contrahas cum sorore tua matrimonium: quia si cum sorore tua matrimonium non contraxeris, Titio lego quinquaginta. Dico q̃ hic legatum est sub conditione necessaria. vnde debuerat sic signari contrarium legatum sine conditione necessaria, lego tibi si sol cras orietur. cũ ergo hic sit legatum sub conditione necessaria, quare non valet legatum, imò dicitur hic quòd vitiatur? Dico sicut in stipulatione. †Si stipulatio incipiat à conditione necessaria valet, si promittis mihi quòd hæres meus si cælum digito non tetigerit, bene valet stipulatio; sed si incipit ab impossibili, non valet: nec similiter stipulatio pœnitentialis edicta, verbi gratia,

tia, Tu promittis mihi cælum tangere digito, & si non tetigeris promittis mihi centum nomine pœnæ, neutra valet, & sunt exempla vbi promittis mihi dare Stichum mortuum, & si non dederis, promittis mihi centum, neutra valet, vt ff. de verb. obligat. l. si homo. ideo sic est in legatis & sic in testamē-
6 tis. †Si incipiet legatum à conditione necessaria, si hæres meus cælum digito non tetigerit, valet legatum: sed si à præcepto impossibili, quia dicit testator pręcipio hæredi meo quòd cælum digito tangat, & si non tetigerit, Titio lego centum. & si conditio sit necessaria, tamen non valet legatum: quia à præcepto impossibili: quia dixit testator in prin. vnde signat glo. contrarium. s̄. de hære. insti. §. pen. vbi dicitur ꝙ cōditio impossibilis nō vitiat legatū, ignorat penitus quid sit cōditio necessaria: quia hęc est cōditio necessaria, vt vidisti, vt cōditio impossibilis, & qđ dicit impossibilia litera refert ad pręcepta. hoc restrinxit dominus meus. §. illū. s̄. an seruo vt aliquid adderet, & ibi dictū fuit si seruus est institutus, & est legatū domino, hic est secūdus casus.
7 † Legatum non cedit ante aditam hæreditatem, & adit: deinde adita hæreditate primò casu vbi dominus instituitur, & seruo legatum est statim cedit legatum. Ad hoc inductæ fuerunt tres rationes. Vna fuit, legata non cedunt nisi certum sit quis sit futurus hæres ex testamento, & oportet quòd sit purè institutus, vel sub conditione: quia conditio sit impleta ad hoc vt legata cedant modo in primo casu illius. §. non est dominus hæres institutus, & purè habens ipsum pro hærede, & statim cedit lega-

tum à tempore mortis. in secundo casu est incertũ quis sit futurus hæres: & ideo non statim cedit à tempore mortis dies legati, sed deinde ab adita hęreditate. Item vbi dominus est institutus, facilis est aditio, & sola voluntate potest esse hæres: ideo statim cedit dies legati. In secundo casu quando institutus est seruus, non est ita facilis aditio imò requiritur iussus domini: ideo non statim cedit dies à morte testatoris, sed adita hæreditate. Tertia ratio fuit regula ibi assignata & lex quælibet per se non sufficeret, tamen omnes simul sufficiunt, vt † Quæ 8
non prosunt singula, multa iuuant. Item dictũ fuit ibi, quod si dominus fuisset institutus sub conditione, & esset legatum seruo, posset legatum conualescere: illud solum reassumpsit dominus meus quæ dicta fuerunt in illo §. quia quod dictum est & rationem diuersitatis inter primũ casum & hoc supponunt contrarium eius quod dicit glo. quia supponunt hæ rationes & differentiæ quæ dictæ sunt in secundo casu, quando seruus est institutus, & legatum est domino: quia nõ cedit dies à tempore mortis. & hæc fuit opinio Azonis. vnde dicit litera & si statim post factum testamentum decesserit testator, non tamen dies legati cedere intelligitur. & dixi ibi cedere non intelligitur: quia nec cedit dicit glo. contrarium scilicet quòd tempore mortis cedit legatum in illo secundo casu, & videtur lex expressa pro me. ff. quãdo dies lega. ced. l. cum leg. quia ibi parificat duo legata, & in vno planum est quòd eius dies cedit à tempore mortis, & est verũ quando filius est hæres institutus quòd patri legatur do

tur domino:& sic habes legem pro eo,quod dixi in illo secundo casu: quia non cedit dies à tempore mortis,sed ab adita hæreditate.habes glo. ff.de leg. primo.l.à filio.scis tu quis sit effectus cedit dominus à tempore mortis vel non maximus est, instituo seruum tuū, lego tibi si ante aditam hæreditatem decedat, si dicat quòd cedat dies à tempore mortis secundum opi.transmittis ad hæredem: si dicas quòd cedit domum ab adita hęreditate,sicut ego dixi & in hoc consentit Azo. non transmittis dixit ibi ad hoc quòd à tempore mortis cedat legatum,tamen quòd sit purè à tempore mortis, hoc est quod probatur.ff.quando dies legati cedit. l.hæredis.Dico in illo §.ibi dixi quòd legatum in quo attenditur mista consideratio hæredis & legatarij, illud non cedit nisi sit hæres purè institutus,& certum sit ꝙ sit hæres si non esset in mundo regula dicit hic quomodo fieret mista consideratio personę legatarij & hæredis,nisi certum esset quis hæres & quis legatarius:& ideo ad hoc quòd cedat dies talis legati in quo attenditur mista consideratio hæredis & legatarij oportet quòd purè sit institutus hæres,& certum sit quis sit futurus hæres in primo casu illius licet hæres tamen habetur pro hærede & ideo fit statim mista consideratio, & cedit dies statim non ab adita hæreditate non autem quando incertum est quis sit hæres, vt ff. quando dies legati cedit . l. cum legata . Possem dicere vno verbo & concordare istas diuersas opiniones. Legatum item in quo attenditur mista consideratio hęredis & legatarij statim cedit quo ad trásmis-

sionē,& sic vera est opinio gl.Sed quantū ad hoc vt iudicetur vtile vel inutile oportet propter cōsiderationem hæredis & legatarij ꝙ sit certū quis sit futurus hæres:quia non potest esse consideratio personarū nisi sit persona auth.vt ff.de iure cod.l. quidam referūt.§.esse enim debet.Sic est verum,qđ dixi in op.Azo.Ego locutus fui ibi de regula Catoniana & regula dicit Cato, quòd legatū quod inutile esset si testator statim decederet postea conualescere nō potest, regula Catoniana habet locū cū fit legatum pure cuius dominus cedit à tempore mortis quocunque genere impedimenti impedietur si statim morietur testator,vbi si impedietur propter personam legatarij tantum,& ideo non habet locū regula Catoniana quia conualescere potest & in nullo alio genere impedimenti cessat, vt ff.de iu.fisci.l.nō intelligitur.§.quod autē.quia dixi ego quòd †regula Catoniana locum habet si sit legatū 9
cuius dies cedit à tempore mortis, intelligas verū esse,nisi sit hæres futurus seruus quod tunc non distinguo sicut legata quorum dies cedit tempore mortis vel ab adita hæreditate. Sic intellige de optio.lega.l. si optem. Scis tu quid sequitur de hoc tu habes glo.ff.l.seruus.quæ non dicit veritatem: quia ibi aditur legatum inutile propter mistam considerationem personæ testatoris & legatarij: ideo regula Catoniana locum ibi non habet.

De ademptione & translatione legatorum. Rubrica.

1 *Voluntas defuncti est ambulatoria vsque ad mortem.*

Testam

2 *Teſtamentum ſecundum derogat primo, & quando legata in primo videantur reuocata in ſecundo.*
3 *Codicilli ſunt par. teſtamenti.*
Et quod iuris eſt in toto quo ad totum, idem in parte quo ad partem.
4 *Codicilli qui ſequuntur teſtamentum habentur pro confirmatis in teſtamento.*
5 *Procuratorem ſecundum cum quis dat, videtur reuocare primum.*
6 *Tutorem ſecundum cum quis dat, an videatur reuocare primum.*

A*Demptione legatorum,&c.* Ibi dicitur ꝙ ademptio legatorum ſiue eodem teſtamento adimantur, ſiue codicillis, tenet
1 ademptio, & ſic ambulatoria † eſt voluntas defuncti vſque ad extremum vitæ exitum, nec eſt aliquod vinculum quod iure noſtro poſsit impedire reuocationem teſtamenti. Sed vtrum poſſit impedire reuocationem teſtamenti quando fecit teſtator teſtamentum,& iurauit ſe perſiſtere in illa voluntate? Dico ꝙ iure noſtro nullum eſt vinculum quod poſsit impedire reuocationem teſtamenti: quia ambulatoria eſt volũtas vſque ad mortem, vt ff. de adimen. leg. l. iij. ad fi. de dona. inter virum & vxorem. l. cùm hic ſtatus. §. vltimo. ergo omnino poſſunt adimi legata vtiliter quibuſcunque verbis, aut in eodem teſtamento: quia dixi primo do, lego, poſtea vero dixi, non do, non lego, & tunc nõ videtur legatum vel ſcriptum: quia quod ſcriptum eſt ex quo poſtea reuocatur, non videtur ſcriptum. ff. de lega. primo. l. ſi ita ſcriptum.

vnde si legatum in eodem testamento adimitur in quo legatum fuit, aut expressè adimitur vt dictum est ipso iure desinit deberi: aut tacitè. Si tacite, aut per deletionem, aut per alium actū; scilicet si propter inimicitias capitales quæ posteà superuenerunt, ne reducti sunt ad concordiam ante mortem. Si per deletionem, aut per deletionem factam ante testamenti consummationē ipso iure desinit deberi, si post consummationē desinit deberi ope exceptionis, vt ff. de his quæ in test. delē. l. j. in fi. Si fuerit ademptum tacitè non per deletionem, sed post inimicitias superuenientes post legatum, nec facta est amicitia posteà ante mortem desinit deberi ope exceptionis, vt ff. de adi. lega. l. iij. in fi. legis. & l. ex parte. si fuerit reuocatum non eodem testamento 1
in quo fuit relictum; tunc aut fuit reuocatum in alio testamento solenni, aut in codicillis. Si in alio testamento solenni tunc desinit deberi ipso iure: quia dato quòd in secundo testamento non reuocaretur, tamen † quia secundum solenne tollit pri- 2
mum ipso iure, vt s. quib. mod. testa. infir. §. posterior. Si in codicil. ope excep. desinit deberi hic dicit gl. hæc ratio vera vel, id est datum non inducit l. pro se suus. id est dices sic ad hoc aliquid dissoluatur esse ipso iure debet dissolui eo iure quo legatum est: vnde in testamento solēniter legatum relictum vt ipso iure desinat deberi: debet adimi in testamento solenni, aliâs non tollitur ipso iure nisi in alio testamento solenni, vel in eodem adimatur ademptione: † ergo in codicillis legatum in te- 3
stamento solenni ipso iure non desinit deberi ad
hoc

hoc & ff.de solu.l.prout quisquis.& ff.de reg. iur. l.
nihil tam naturale.Dico quòd ex quo in codicillis
adimitur & si in testamento solenni relinquatur,
tamen desinit deberi ipso iure:quia codicilli sunt
pars testamenti,vt ff.de iure codicil.l.quidam refe
runt.Sicut igitur si in alio testamento adimeretur
desineret deberi ipso iure:quia quod iuris est in to
to quo ad totum,idem iuris est in parte quo ad par
tem.l.quæ de tota.ff.de rei vendica.Dominus Pla-
centinus scripsit hic quòd legata in testamento, in
codicillis non possunt adimi,nisi in testamento es-
sent expresè confirmati futuri codicilli:& pro se
inducebat.ff.de testamen.l.hæredes.§.primo.& §.si
quis post.Sed quæ erat ratio, quæ mouit ipsum?
4 quia † codicilli qui sequũtur testamentum, haben
tur pro confirmatis in testamento,vt ff.de iur. co-
dicil.l.si quis.§.finali.& suprà dicam tibi quo iure
mouebatur, & rationabiliter: quia lex dicit quòd
codicilli sequentes testamenta habentur pro con-
firmatis in testamento, & si hoc non dixit testa-
tor, verum est dicit Placentinus si non sunt con-
trarij testamento: sed hic codicilli contrarij sunt
testamento,& de talibus loquitur hic: quia in te-
stamento dicit,Titio do,lego: in codicillis dicit,
non do,non lego, quòd habentur pro confirma-
tis in testamento, nisi hoc dixerit testator non est
verum dicit ipse inducebat. l. probationem. l. di-
cit qui nititur impugnare testamentum non ha-
bet commodum ex testamento,vt C.de lega.l.si le-
gatarius est.ff.de inoffic.testam.l.Papinianus.§.me-
minisse.Item frustra petit auxiliũ qui in legẽ com-

mittit,vt ff.de minori.l.auxilium.§.qui deliquit. ergo codicilli qui ſunt contrarij teſtamento,& ſic nitũtur impugnare teſtamentum & cauere contra teſtamentum non habentur pro confirmatis in teſtamento,niſi hoc expreſsiſſet teſtator. Item nec eſt veriſimile quòd quis confirmet viam vel excogitet contra ſe,vt ff.de teſta.mili.l.iij.& C. de teſta. l. minus graue.quia nõ eſt veriſimile quòd codicilli teſtamento contrarij in illo teſtamento confirmentur.Dicunt doctores quòd licet ſint cõtrarij, tamẽ habentur pro confirmatis in teſtamento, vt in authen.de ſtip.fideicom.§.j.Sed Placentinus multum de facili reſponderet illi.§.illius auth.quia ibi non denegatur quin eſſent confirmati in teſtamẽto.vnde dicit Placentinus ꝙ ibi fuerũt confirmati in teſtamento,aliter non valeret ademptio fac in eis iuxta communem Placent.ſed non ſoluitur: vnde oſtenditur ꝙ codicilli licet ſint contrarij teſtamento,nihilominus poſsint confirmari & haberent virtutem ex teſtamento:quia videmus quandoque agi ex contractu vtꝫ contractus deſtruatur.vnde pone quòd contracta ſit emptio & venditio appoſito incontinenti pacto ꝙ receditur ab emptione & venditione certe agi ex emptione ad illud quod conuenit in illo pacto quiꝫ dicit quòd pactum nitebatur ad deſtructionem emptionis: & ſic non eſt mirum ſi teſtamentum dat virtutem codicillis, licet ſint contrarij & nitantur ad eius deſtructionem.& hoc argu.l.Celſus de contrahen.empt.§.j.glo.hic opponit fortiſsimè & non ſoluit.dicit hic quòd legata in eodem teſtamento poſſunt adimi. vnde ſi dixerit teſt

rit testator,do,lego Titio talem rem,deinde dixit, non do,non lego Titio talem rem,valet ademptio. Ecce repugnantia & contradictio,do,lego,non do, non lego,si in testamento sint repugnantia inuicē non valet,vt ff.de reg.iur. l.vbi repugnantia. ergo nec idem testamentum ea parte non inuenietur repugnantia valebit. Quidam instant sic, vbi repugnantia est in testamentis,neutrum valet:& sic nec legatū valet & hoc dicitur hic:quia si dixerit postea non do,non lego,quòd legatum non valet:si verum est quòd legatum tunc valet, sed hoc non est virtute ademptionis,vnde euasio illa non valet.Dico quòd non potest haberi bonum exemplum de illa regula.ff.de reg.iur.l.vbi repugnantia.Vnde dico quòd si testator in eodem testamento dicat, do, lego,non do,non lego,& hoc dicit vna continuatione sine interuallo,& sine nota correctionis neutrum valet si dicerem filium instituo,filium exhæredo,sine interuallo & sine nota correctionis quod neutrum valet.quid dicemus filium instituo testamentum est.duobus enim verbis fit testamentum, similiter dico filium exhæredo ex hoc patet solu-
5 tio communis.† Dando secundum procuratorem videtur reuocare primum:sed dando secundū tutorem,non reuocat primū.Dicebat dominus meus quòd quidam dabat rationem illius contrarij, & multùm apparentem,sed non verum dicebat ipse quicquid dicitur in testamento refertur in idem
6 tempus,& ratio:† Si ab initio essent dati ambo tutores valeret datio quòd vnus datur post, & alius posteà, nec reuocetur primò datus per dationem

secund

secundi:sic vtrunque procuratorum si simul darentur valeret.& hoc dicebat argumen.l.talis scriptura.§.primo.in fine.ff.de lega.j.falsissimum est quòd ea quæ dicuntur in testamento ad illud tempus referantur:quia si in vna parte testamenti diceret, do tali,in alia parte diceret,adimo,sed referas ad idem tempus, semper esset repugnantia, & neutrum valeret.vnde dico ad argumentum quòd si sine interuallo dicat testator,Titio do, lego, non do,non lego,est contrarietas:& vitiatur vtrunque, cõtrarietas seu contradictio est: quia contradictio est vnins rei eiusdem non rei, vnde scilicet rei & nominis non si nominis, sed simpliciter & in eodem tempore vnde hoc in eodem tempore fit, & ideo contrarietas est si in vna patte do,lego,in alia non do,non lego, vel in eadẽ tantum cõtrarietate testator non dixit,sed ex interuallo, non est contrarietas:quia non in eodem tempore,& ideo non vitiatur vtrunque.primo valet ademptio vt hic,& ꝙ sit diuersitas vtrum ex interuallo an in cõtinenti testator sit sibi contrarius habes.ff.de condi.& demon.l.non ad ea.vnde si vno contextu diceret, filius meus hæres esto, filius meus exhæres esto, valet testamentum ad hoc text.ff.de man.l.Stichus, imò Pamphilus.Item si dixit testator,Titio do fundum in vna parte testamenti,& in alia dixit, Seio do eundem fundum,ista commutatio habetur cùm correctione vt ff.de condi.& demon. l.nam ad ea, in fi.legis.

De

De lege Falcidia. Rubrica.

1 *Lex Falcidia dicitur à Falcidio autore consule.*
2 *Pactum nudum inducit obligationem naturalem non ciuilem.*
3 *Testamentum minus solenne est quasi pactum nudum.*

SVperest vt de lege Falcidia, &c. Lex Falcidia dicitur à falce, quia sicut fœnum falce resecatur, sic legata & fideicommissa lege Falcidia rescantur si excedunt dodrantem. Ista etymologia non est bona: ensis enim resecat, vnde eadem ratione diceretur ab ense, sicut à falce.
1 † Dico quòd dicitur à Falcidio autore consule. Scis tu quare dico consule, & non prætore? Prætor ea quæ iuris ciuilis sunt non potest tollere ipso iure, lex Falcidia tollit obligationem ciuilem pro illa parte quæ detrahenda est per legem Falcidiam: ideo dico quòd iste Falcidius consul fuit, vel non fuit prætor, & quòd legata & fideicom. in eo quod detrahetur per l. Falc. non debeantur ciuiliter. habes. ff. ad l. Falcid. l. placuit. & l. linea margaritarum. & C. ad leg. Falc. l. penultima. vnde hæres ipso iure non est obligatus iure ciuili ad illud quod detrahendum est per
2 l. Fal. † vnde sicut pactum nudum inducit obligationem naturalem non ciuilem, & si interueniat solennitas verborum, & sic stipulatio per illam solennitatem quæ est de iure ciuili inducitur obliga-
3 tio iuris ciuilis: sic † & testamentũ minus solẽne: est quasi pactũ nudũ ex supremo cõsensu defuncti sed

ex test

ex testamento solenni illa solennitas inducit obligationem ciuilem & ratio vbi est illa solennitas est ciuilis obligatio. vnde sicut testamentum non solenne non inducit ciuilem obligationem, ita testamentum solenne aliâs in eo quod est minus solenne, scilicet quod est detrahendum per leg. Falc. ciuilē non est ciuilis obligatio: quia quod iuris est in toto quo ad totū, idem iuris est in parte quo ad partē ff. de rei ven. l. quæ de tota. Quidā vt dicebat dominus meus impugnabant etymologiam nominis Falcidiæ à falce quia resecantur legata & fideicommissa si excedant dodrantem. Habet lex Falcidia duo capita. vnū vt si quis legauerit seu ordinauerit ita ius esto, & per illud primū caput nihil de falcabatur. Aliud est caput legis Falcidiæ secundū quod defalcandum est de legatis & fideicommissis si excedant dodrantem. vnde per secundum caput fit resecatio, non per primum. vnde illa etymologia nominis non est sufficiens: quia non competit primo capiti. Impugnabat dominus meus illam rationem, de facto sic nō habuit nomen lex Falcidia quanquā esset impleta: & impleta cepit nominationem à secundo capite. Vel dic quòd quàm citò lex Falcidia concepit primum caput vt quis legauerit ita ius esto tacitè concepit secundum. Falcidia est de legatis & fideicommissis relictis vltra dodrantem, & sic etymologia nō conueniens est. Hoc est quod habetis. ff. ad l. j. lex Falc. habet locum indistinctè secundum antiqua iura, hodie non habet locum si testator hoc prohibuit expressè. auth. de obl. & fal. §. si verò expressim.

1 *Lex Falcidia an habeat locum in donatione causa mortis & in capione causa mortis.*

2 *Differentia inter donationem causa mortis, & capionem causa mortis.*

Et cum super hoc &c. Et intelligitur in illo verbo ne plus legare &c.† quia in legatis habet locum
1 lex Falcidia, & in donatione causa mortis, & in capione causa mortis. Quidam tamen dicunt cõtrarium, scilicet ꝙ Falcidia non habet locũ in capione causa mortis: vt ff. ad l. fal. & C. eo. l. si quadringentorũ. Ego distinguo: quia aut mortis causa capio danda est ab hęrede, aut ab alio, instituo Titiũ hęredẽ si tibi dederit centũ, & sic mortis causa capio danda est ab hęrede. hoc casu de capione causa mortis defalcabitur sicut loquitur. l. j. ad l. Fal. si autẽ non sit danda ab hærede sed datur hæres, vnde instituo hæredem rogo eũ de restituenda hæreditate Titio si ei dederit cẽtũ, hæres detrahẽtne quartã? Certè nõ: quia hæres nõ est ille qui debet dare imò ei dandũ est: & sic intelligatur gl. & C. eo. l. si quis quadraginta.
2 † Differunt donatio causa mortis, & capio causa mortis. Donatio causa mortis est illa quæ procedit à defuncto. Capio causa mortis est quæ nõ procedit à defuncto directo, sed ab hærede causa mortis, vt in exemplis priùs positis apparet. Bartolus.

De fideicõmiss. hæredita. Rubri.

1 *Quarta debita iure naturæ quæ sit.*

2 *Quarta quæ debetur iure arrogationis quæ sit.*

3 *Quarta detractio habet locum si quis decedat ab in-*

testato & relinquat multa in codicillis.

4 *Onera hæreditaria quãdo transeant ad legatarium.*

5 *Differentia quando sit inter legatum partis hæreditatis & fideicommissum.*

6 *Legata & fideicommissa an sint omnino exæquata.*

NVnc transeamus ad &c. No. quòd per Senatuscon. Pegasianum est introductum quòd hæres possit retinere quartam de fideicõmiss. vt hic, & infra eo. §. j. iam per Senatuscõs. Trebel. quia Senatuscon. Trebel. habebat locum quãdo hæres erat grauatus restituere dodrantem tantùm, & sic ex voluntate defuncti habebat quartam, non per retentionẽ. j. eo. §. si quid &c. & sic erat dicta quarta Pegasianica: hodie quia quicquid habebat boni Senatuscon. Pegasianum, translatum est in Senatuscõ. Trebel. & sublatũ & abrogatum est Senatusc. Pegasia. cum suis stipulationibus solum sonat cũ Trebel. vt j. eod. §. sed cum stipulationes: ideo hæc dicitur quarta Trebellianica: vt C. de inoffi. don. l. si totam. † Sequitur alia quarta debita iure naturæ, vt illa quarta quæ debetur filiis. Hoc est malũ nomẽ hodie: quia hæc nõ dicitur quarta debita iure naturæ, sed triens vel semis dicitur iure naturæ ad minus in illis personis in quibus est ampliata quarta, scilicet in parẽtibus & descẽdentibus. De hoc habes. ff. de inoffi. dona. l. parentibus & l. cùm quæritur. & authen. de trien. & semis. circa princip. † Est & alia quarta quæ debetur iure arrogationis quam habet filius arrogatus in bonis patris arrogatoris, de qua habes. ff. de ado.

de adop.l. si arrogator.& ī.de adop.§. cum autem. Est & alia quarta quæ debetur iure institutionis. Hoc dicunt asini,& ponunt exemplum, lego multa legata & fideicom. detrahebat quartam, si nihil remanet sibi si aliquid detrahet quod est ad quartam si deberetur iure institutionis vt ipsi dicunt: ergo non haberet locum ab intestatò. Certè hoc
3 falsum est.† Imò si aliquis decedat ab intestato, & relinquat multa in codicil. habet locum detractio quartæ.& casus.l.C. quando dies lega.ced.l. finali. vnde deberet defalcare relicta iure fal.siue ex testamento siue ab intesta. Est & alia quarta, filius natus patre mortuo relicta vxore grauida si dubitetur quot sint in vtero interim erit hæres in quarta: vt ff. de iudi.sed & si restituatur.§.finali. Est alia quarta, quæ debetur curiæ, si res curialis transferatur in alio titulo lucratiuo debetur quarta illius rei curiæ. De hoc habuisti gloss.C. de sacrosanctis ecclesi.l. scimus. & ita loquitur lex prima C. quando & quibus quarta pars in bon.de.delega. est alia rubrica.de imponen. lucrati.descript. per illum titulum deberentur quatuor scilicet non quarta pars: vnde gloss. malè allegat titulum illum ad hoc in lege allegata secunda.de sacrosanctis ecclesiis, lege sancimus. Est & alia quarta si curialis sit clericus curia habet tres partes suorum bonorum & ipse quartam: vt C. de episcop. & cleric. authenti. sed neque curiales. Est alia quarta vt si curialis decedat relictis filiis curialibus, & alij filij curiales habent tres partes, alij habent quartam. in authentica, quibus modis naturales

efficiuntur sui. §. si quis. Alia est quarta matre conuolante ad secunda vota, filij prioris matrimonij habent quartam. C. de secun. nup. l. hac edictali. §. j. ita dicunt ibi. Sed ibi loquitur de quarta debita iure naturæ. Alia est quarta si aliquis fuerit rogatus restituere quartam vt C. ad Trebellia. authenti. nisi rogatus. Alia est quarta, maritus contraxit matrimonium sine dote, expellit vxorem, tenetur ei dare quartam: vt C. de repud. l. vltima. Alia est quarta si cõiunx qui decedit sit diues, alius qui superest laborat inopia, habebit superstes quartam in bonis alterius: vt C. vnde vir & vxor, authē. præterea. Alia est, quidam instituit seruũ alienum quem putabat liberum, substituit ei talibus verbis, si institutus hæres non erit, talem substituo. iste seruus institutus iussu domini adiuit hæreditatem, habebit eius dominus tres partes, substitutus habebit quartam tantum hæres. ff. de vulg. & pupilla. in fine. & ff. de hære. insti. l. cùm pater. & sic vides quòd sunt vndecim. Iura ista non probant ꝙ sint plura iura quartarum. Vis tu dicere quòd sunt tot quartę secũdum speciem quot sunt casus in quibus habet locum quartę detractio? Certè hoc non esset verũ, sed secũdum modum computationis quã quidam computaretur in illa non alia secundum istum diuersum modum siue certæ erunt differentiæ istarũ quartarum ecce non distinguntur: quare secũdum diuersitatem iuris alia alio vt sicut dixi in tutelis. s. de leg. agna. succes. Hic recitatur antiquitas Senatuscon. Pegasiani, quia hæres institutus rogatus de restituẽda parte hæreditatis per Senatuscon. Pegasianum

ſianum hæres omnia onera ſubſtinebat ille cui ex fideicommiſſo reſtituerat partem hæreditatis loco legatarij cui pars bonorum legabatur:quia nullum onus ſuſtinebat ſicut legatarius emerat legata pars bonorum:ideo interponebatur ſtipulatio ab hærede & ſibi prouidebat per ſtipulationem vt ille qui rogatus erat inſtituere partem hæreditatis parte ſua ſubiret onera hæreditaria.gloſ.hic ſignata dicit quòd legatarius talis cui erat legata pars hæreditatis ſentiebat onera:nec olim nec hodie dicit gl.cum legata ſint adæquata fideicommiſ. vt C. communia de leg.l.j. & ij.ſic ad fideicommiſſa. hodie dixerunt ſecundum interpoſitionem ſtipulationis:vt ĵ.eo.§.ergo.& §.ſed quia ſtipulationes.ſic & ad legatariũ cui eſt legata pars hæreditatis trãſibunt onera hęreditaria ſine ſtipulatione aliqua,ve
4 rum eſt de legatis ſingularibus,†quæ ſunt exæquata fideicommiſsis,ſed de legato vniuerſali non videtur verum.Pone,inſtituto hæredem,lego tibi dimidiam bonorum meorum, nec iure antiquo nec iure nouo trãsferũtur in te onera hæreditatis,vnde habent locũ ſtipulationes in legato partis bonorũ. Sed ſi ſub parte hæreditatis fuit legatũ quia dixi, ego lego dimidiã partẽ hæreditatis:vel tertiã hæreditatis:tunc eſt verũ ꝙ onera hæreditatis trãſibunt in legatariũ ſine aliqua ſtipulatione. Hoc eſt quod probatur.ff.de leg.ij.ſi quis ſeruum.§. fin.cum.l.ſe-
5 quen.& ad hoc eſt.ff.eod.l. mulier bona. † Item eſt differentia inter legatum partis hæreditatis & fideicommiſ.vnde eſt differentia an dicatur,lego tibi quartam partem hæreditatis,vel an dicatur per

fideicommiſ.relinquo: quia in fideicommiſſarium ante mortem hæreditatis nullum ius tranſit in fideicommiſſo in legato ſic relicto recta via vnde ſic ad hæreditatem, vnde cum dico, lego hæreditatem dimidiam, tranſit eo modo quo poteſt: quia dimidia directa tranſeunt in legatarium adita hæreditate & obligationes vtiles. C. de leg. l. j. ex legato nominis nulla iura in fideicommiſſarium tranſeunt ante reſtitutionem: vt ff. ad Trebellia. l. facta. vnde aliud eſt dicere, lego hæreditatem vel partem hæreditatis, & per fideicommiſſum relinquo hæreditatem vel partem hæreditatis, ſed in legato particulari non eſt differentia ſiue in perſona teſtatoris relinquatur, ſiue in perſona hæredis: & ideo nõ differt legatum & fideicõmiſ. † Et ſic dico quòd exæquata * ſunt legata ſingularia & fideicommiſ. ſingularia ſed in libertate differunt an ab hærede relinquãtur per fideicommiſ. an ex teſtatore directo: quia in primo ſeruus manumiſſus eſt libertus hæredis, in ſecundo caſu eſt libertus teſtatoris ſicut in fideicommiſ. hæreditatis vel parti hæreditatis: quia nihil tranſit in fideicommiſ. ante teſtatorem, ſed in legato hæreditatis vel parti hæreditatis ab adita hæreditate tranſeunt iura hæreditaria in legatarium vt impoſsibile eſt: quia dominia directa & obligationes vtiles vt dixi. & eſt ſimile. ff. de pecu. lega. l. ſi peculium. 6

* Exæquata ſunt legata. Adde. & vide omnino do. Iaſo. in l. j. col. v. ĩ j. not. ff. de lega. j. vbi facit adæquationẽ legatorum cũ fideicõmiſſis quam ampliat ſex modis poſtea limitat. duobus no. modis.

1 *Onera hæreditaria quando diuidantur inter hæredem & fideicommiſſarium.*

2 *Mendacium quando noceat.*

Sed

Sed quia stipulationes &c. In fine illius.§. dicitur
1 quòd † onera hæreditaria diuiduntur inter hæredem & fideicõmis.hoc est verum de oneribus creditorum non legatorum, imò fideicõmissarius solus tenebitur ad legata si sufficiat eius portio, de eo quod non sufficit tenebitur hæres eo quòd habet vltra quartam.ff.eo.l.j.§.si quis quadraginta.& §.vltimo.& C.ad Senatusconsul.Trebel.l.ij.& ante restitutionem potest conueniri hæres à debitoribus & legatariis,sed post restitutionẽ habet locum illa responsio quam dixi.hoc est verum vbi non apparet nec expressa nec tacita volũtas defuncti:quia si apparet,seruaretur. hoc est quod probatur.ff. ad Trebel.l.j.§.penul.& l.sequenti.Veniamus ad §.fin. Notanda sunt hic duo. In testamentis exiguntur septem testes,nisi reuocetur in dubium sic fit legatum,vel fideicom.videtur sufficere quinque testes: quia litera dicit neque ex numero quinque testiũ qui fideicõmis.vel legatis esse nascuntur res posset manifestari,vnde cũ loquatur generaliter, intellige eam generaliter,quòd fideicõmis. vel legatũ in testamento vel codicil.si reuocetur in dubium,sufficiunt quinque testes,licet glo.intelligat legatũ est hic fideicõmis.in codicil. vnde dicit gl.no.in codicil.quinque testes esse necessarios, sed intelligo eã generaliter, ex quo generaliter loquitur: vt ff. de publ.l.de pretio.§.iste dicit ꝙ si hæres neget legatũ vel fideicõmis.& legatarius probet legatum vel fideicommis.si posteà dicat hęres ꝙ relictum est,sed ad legis subtilitatem decurrat dicendo ꝙ testamẽtum in quo legatum vel fideicommis. relictum est

non est solenne, tamen omnimodo cogendus soluere. Hoc dicit. §. iste in fi. signatur contrarium de l. si veritas. C. de fideicommis. vbi dicitur quòd testamento non solenni non valet legatum nec fideicommis. nec hæres ad sol. cogendus est. Io. respon. ad istud contrarium quòd est in pœna mendacij, quia in primo negauit esse relictum, postea probatum est contra eum quòd fuit relictũ, sed ipse tunc vult se defendere quòd fuit testamento non solenni quod non auditur propter mendacium suũ: sed si ab initio confessus esset, verum est quod tibi legatum fuit, sed testamentum non est solenne: quare non teneor soluere hoc casu non esset cogendus sic & aliâs mendacium punitur. C. de non nume. pecunia. authen. qui propriam. Petis à me decem ex stipulatione, nego, tu conuincis me de mendacio, volo dicere quòd per pactum nudũ promisi possumne? Dicunt quidam quòd sic. vnde potest probare aliam exceptionem de mendacio conuictus: vnde quòd † quis de mendacio punitur * vt amittat defensiones suas speciale est hic, & in casibus similbus & non est regulare. hæc est lectura. C. de fideicom. l. vlti. ibi non potest tollere viuens homo qui loquitur de pœna. vnde litera nostra intelligitur secundũ illã vt hic nõ intercesserit aliquod mẽdaciũ. ecce casus. l. C. de fideicõmis. l. vltima. secũdũ quam. l. litera nostra intelligit. Pone, instituo hæredem in testamento solenni in scriptis vel sine scriptis, deinde testamento completo sine aliquo tempore rogo hæredem vel legatarium vel fideicommis. de aliquo dando vel faciendo, vel rogo eos cũ 2

* De mẽdacio punitur. Adde quãdo noceat mẽdacium & rõne mẽdacij excludatur qs à beneficio. Floria. in l. j. §. interdũ. ff. si quadrupl. pau. fec. dica. Et an mẽdacium defuncti efficiat hæredẽ vide per eundẽ in l. electio. §. neque hæredi. de noxa. act. & quãdo noceat mẽdaciũ vide no. per Bar. in l. qui rem. ff. de rei vendi.

duobus testibus vel tribus tantum, me mortuo fideicom. non potest probare sine testibus vt dixi si sibi relictum est ab hærede legatũ vel fideicõ. amittit ne fideicõ. Litera nostra dicit ꝙ potest deferre iuramentum hæredi, duntamen ipse iuret de calumnia. & si dicat hæres ꝙ relictum est sibi & si nullus testis interuenit, cogendus est soluere sine aliqua comprobatione. soluit in litera nostra oppositiones quæ fiunt hic in glo. diceret aliquis ex testamento nõ solẽni non debẽtur legata vel fideicommissa, & in codicillis requirũtur quinque testes, & hic nullus fuit, vel duo tantũ. Soluit litera nostra. verũ est in lege illa exigitur ista solẽnitas testium, vbi rogat defunctus hęredẽ testamẽto, & posteà testamentum reuocatur in dubiũ quo ad legata habet locũ, tunc exigũtur quinq; testes, sed si instituo in dubium reuocatur requiruntur septẽ testes, vt in principio dixi, si, vbi rogat personã quæ capit ex testamento hæredem maximè vel legatariũ nõ in testamento, sed post testamentũ factum & cõpletũ nec reuocatur testamentũ in dubiũ iste qui habet lucrum si referatur ei iuramentũ tenetur iurare, & si confessus fuit à primo absque hoc quod nunquã iurauerit, tenetur soluere, & si nullus testis interfuit quãdo ab eo fuit relictũ, vnde cogendus est implere voluntatem defuncti qualemcunq;. Istum casum ponit. l. vltima. C. de fideicom. & ad oppositiones quæ fiunt hic in glo. soluitur in illa. l. in tex. in fine. & sicut ibi ponitur casus ꝙ secundum illã intelligitur. §. nunc. ita intelligitur. §. iste eodẽ modo ponere siue hic quod hæres fuerit in mendacio.

De singulis rebus per fideicommissar. relictis. Rubrica.

1 *Hæres si non fecerit inuentarium grauari potest vltra quàm sit honoratus, secus in legatarijs & fideicommissarijs.*

2 *Nemo præsumitur ignorare rem suam.*

POt. st tamen. Dicit hic litera quòd non potest legari à legatario hoc.non est verum dicit glo.quia adæquata sunt legata fideicommissis.allegat.l.j.C.communia de le.illa.l.nõ nihil facit.sed facit.l.ij.vnde hæc lex loquitur in eo cui legatum est in eo cui esset donatũ causa mortis?possem dicere quòd non potest legari à legatario sic & quo ad effectum habet tam legatum quã fideicommissum.ipse in litera potest legari rem legatarij intellige cũ distinctione scientiæ & ignorantiæ sicut & rem hæredis, vt de leg.ij. l.si vnum ex familia.§.si rem.sequitur in litera hoc solum obseruandum in fine.quod quis non potest plus grauari quã sit honoratus, verum est hæres iure antiquo, vt ff.ad Trebel.l.j.§.denique. † Hodie 1 hæres si non fecerit inuentarium grauari potest vltra quàm sit honoratus, secus in legatariis in quo iura antiqua nullam recipiunt innouationẽ: quia non plus grauari potest quàm sit honoratus quam non fecit in legatario & fideicommissario, iura antiqua nullam recipiunt innouationem quia non plus posset grauari quàm honoratur. Sed oppon. non plus grauatur quam habeat restitutionem, reliquit mihi Stichũ aut Dammã, & Damnias minus vale

valebat quàm Stichus, teneor ad Stichum, & sic in plus sum grauatus quàm honoratus, vt ff. de legat. primo l. planè. §. si cui. Dicunt quidam quòd non habet minus quàm sit rogatus imò plus ex quo Dammas placet ei. argu. instit. de actio. in §. præterea. Dicendum quòd habet minus, & ita in plus grauatur: & ratio est: quia stetit per eum quo minus eligeret Stichum qui plus valebat. vnde sibi imputet. Sed opp. ff. de lega. ij. l. nuper. §. j. & per eandem viam oppo. ff. ad leg. Falc. sed si non seruus in princ. & ff. de mino. l. quòd si minor. glossa respondet vbi relinquitur quantitas grauatur in quantitate. ita loquitur lex nostra quòd non potest plus grauari quàm sit honoratus. relinquo tibi quinque grauo te in decem non valet nisi in quinq;. lex contraria loquitur quando legatur quantitas, & grauatur in alio quàm in quantitate, lego tibi decem, grauo te in equum tuum vt restituas Titio, & fortè valebat quindecim videris equum tuum tantum æstimasse, & ideo teneris restituere. & ad hoc est. ff. de fideicom. liber. l. decem. Quid diceres si relinquitur quãtitas & grauatur in specie aliena non sua vt in præcedenti casu. Certè non teneris nisi in quantum est tibi relictum quia rem tuam posset æstimare & non alienã. Sed pone, lego tibi equum meum & rogo te de restituendo fundo tuo, nonne habet locum æstimatio rei tuæ scilicet si legassem tibi pecuniam, vel econtra lego tibi equum meũ, & rogo te de restituendo viginti, an accipiendo equum tenearis ad tota viginti vt tantum videaris æstimasse equũ meũ. In istis casibus posset responderi

deri ad placitum, nec ſcio legem quæ poſſet obuiare, tamen dico ꝙ nō ſcis tu quare nō habeo aliam quia doctores hoc dicunt, & ecce ratio quam reddunt, rem tuam videris æſtimaſſe recipiendo pecuniam legatā, & pro certo eſt æſtimatio, & ipſe ſcit quantū valet res ſua quā rogatus eſt reſtituere: q̃a † nemo rem ſuā præſumitur ignorare, vt C. de reſcin. vēdi. l. quiſquis. & ad hoc. ff. de eo q̄d cer. loco. l. ij. ipſe ideo quia pecunia ſit certa æſtimatio hęres debet in litē iurare. l. vnius. Sed cùm lego rem meā vt dies decē, certè nō eſt certus de iuribus rei meę: quia iuris alieni tolerabilis eſt ignorantia. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. vnde hoc caſu nō videris æſtimaſſe rem meam. glo. quærit an fideicommiſſarius detrahat Fal. hoc quærit ſuper illo verbo nō quod amplius eſt inutiliter relinquitur. gl. ita reſpōdet. Bulg. dixit ꝙ ſic. ff. ad l. Fal. l. pœnales. §. fi. nō autē cōtradicit gl. ff. ad. l. Falc. l. lex Faldia ſi interueniat. §. antequā. & ff. de vulg. & pup. l. cohæredi. §. cū filiæ. in fi. non eſt ſoluere, ſed eſt allegare. vnde quando quæris de fideicōmiſſo ſingulari, & tunc nō detrahitur niſi apparet de expreſſa voluntate defuncti, quando rogatur fideicommiſſum ſingulare, & tūc non detrahitur niſi pars fideicommiſsi. 2

De codicillis. Rubrica.

1 *Codicilli poſſunt fieri ante teſtamentum & in teſtamento facto poſtea confirmantur.*

Ante *Auguſti*. Decedit &c. † Codicilli poſſunt fieri quatuor annis ante teſtamētum, & in teſtamento facto poſteà confirmantur 1

tur codicilli poſtea facti vel fiunt codicilli nō confirmati in teſtamento, nec ante nec poſt vel fiunt codicilli ſimul cum teſtamento confirmati quia dicit teſtamento. Et ſi vltima mea voluntas nō valet tanquam teſtamentum valeat tanquam codicilli.

1 *Codicilli valent facti ante teſtamētum etiam ſi non conſtet eos confirmatos eſſe in teſtamēto poſteà facto.*

2 *Differt tamen an fuerint confirmati in teſtamento expreſsè vel aliquo indicio vel nullo modo.*

3 *Relicta in codicillis qua actione petantur.*

4 *Tutorem habenti tutor non datur.*

5 *Codicillos plures poteſt quis facere, non autem plura teſtamenta, & de ratione diuerſitatis.*

Sed cùm ante teſtamentum &c. Papa dicit ꝙ non valent codicilli ante teſtamentum facti, niſi in teſtamento poſteà facto confirmentur. Quidā intelligunt hoc non eſſe correctum, & intelligitur ver.
1 ſed diui Seuerus &c. † quia codicilli valent facti ante teſtamentum, ſi appareat teſtatorem à codicillis non receſsiſſe, ſed per aliquod indicium. Io. dixit ꝙ valēt & ſi nullo modo nec ſpecialiter, nec aliquo iudicio appareat eos confirmatos eſſe in teſtamento facto poſteà. vnde ſufficit ꝙ appareat nō re-
2 ceſsiſſe teſtatorem: intelligas tamen quòd † differt etiam hodie fuerunt confirmati in teſtamento expreſsè vel aliquo indicio, vel nullo modo, primo caſu valeret libertas directè relicta in codicillis. Item poteſt dari in eis tutor ſecundo caſu non. qđ probatur. ff. de ma. teſta. l. libertate directe. & ff. de
3 teſta. tu. l. ij. † Item quæritur qua actione petuntur relicta in codicillis. Dico aut cōfirmati fuerūt

codi

codicilli in teſtamento,& tunc actione directa,& in teſtamento quia videntur eſſe relicta in teſtamento,ex quo relicti ſunt in codicillis confirmatis in teſtamento,vt ff.de iur.codicillo.l.ij.& l.quidam referunt.§.fin.aut relicta ſunt in codicillis factis ab inteſtato vtili ex teſtamento,vt ff.eod.l.ab inteſta.hic dicitur in fi.quòd quis poteſt facere plures codicillos,ſed non plura teſtamenta,vt ff.de teſta.& quemadmodum teſta.aperiantur.l.hac conſultiſsima.§.pe.vnde vltimum teſtamentum reuocat primũ,vnde vltimi codicilli primos:ratio eſt: † quia habenti tutorem tu.non datur.C.de curat. 4
l.interdum.quia tutor habet plenam poteſtatem, nec alium patitur in eadem plenitudine:ſic † teſta- 5
mentum cùm ſit ſolennis & pleniſsima voluntas defuncti aliud teſtamentum ſecum non patitur, ſed codicilli cum ſunt minus ſolennis voluntas, bene compatiuntur ſe cum aliis codicillis. Hic dicit litera quòd in codicillis nulla ſolennitas attenditur,dicit glo.nulla de illis quatuor quæ attenduntur in teſtamentis, ſcilicet ſolennitas quo ad verum teſtamentum, & quo ad ſigilla,& quo ad ſubſcriptiones, & quòd ipſe teſtator ſubſcribat exigitur in codicillis ſicut in teſtamentis, & hoc cùm fuerunt in ſcriptis,ſed tot teſtes non exiguntur ſicut in teſtamentis, ſicut nec tot ſigilla, vel ſubſcriptiones, & quòd hoc ſit verum probatur. C.eod. l. vltima.& C.de teſtam.l. cùm antiquitas.

De hære

De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Rubrica.

1 *Inteſtatus decedere dicitur quis pluribus modis.*

1 INteſtatus decedit. † Hic dicitur quòd hæreditas defertur ab inteſtato, & ſucceditur ab inteſtato * quando defunctus ab inteſtato deceſsit. Inteſtatus poteſt decedere quis multis modis. Vno modo ſi teſtamentum omnino non facit, & hoc ſi potuit: quia priuatio propriè dicitur reſpectu habitus, tũc propriè dicitur inteſtatus, vt ff. de ſuis & leg. lege prima. circa principium. Alio modo decedit quis inteſtatus ſi fecit teſtamentum, fecit tamen nõ ſolenne. Alio modo ſi fecit teſtamentum, fecit tamen ſolenne, ſed ruptum fuit agnatione vel arrogatione poſthumi. Et eſt differentia dicit glo. inter iſtum modum & antecedentem: quia ſi teſtamentum ſolenne fuerit, poſteà rumpatur, legata non debentur: ſed ſi nullum teſtamentum factum fuerit, ſi tamen fecerit codicillos debentur legata, & ad hoc allegat iura. Quarto modo decedit inteſtatus, ſi teſtamentum factum fuerit irritum capitis diminutione teſtatoris, vt ſuprà qui. mod. teſta. infir. §. tantum. Ad hoc facit. ff. de verborum ſignificat. l. inteſtatus. Quinto modo ſicut in omnibus modis præcedentibus ſi ex eo non adeatur hæreditas, vt ff. de fideicommiſſar. l. eam quam, & hic cùm dicit aut ſi nemo hæres extitit. Sunt & alij duo modi, vt ſi impugnatur teſtamentum per

* Succeditur ab inteſtato. Aduerte tamẽ quod ſucceſsio nõ poteſt habere locũ quãdiu poteſt quis ſuccedere ex teſtamento. l. quãdiu. ff. de acqui. hæred. Iaſo. in auth. nouiſſima. in pc. col. C. de inoffi. teſta.

querc

querelam,tunc fit ipso iure nullum.ff.de inoffici. testa.l. Papinianus.§.veterani.intelligo quod omnibus prædictis modis ipso iure ciuili. Et scias ꝙ si esset præteritus filius emancipatus,& impugnaretur testamentum per contratabu.deberetur inde legata olim quibusdam personis,vt ff.de le.præstan.bo. poss.contratab.pe.per totum titulum.hodie debentur omnia,vt C.de libe.præte.vel exhæred.authen.ex causa omnia scilicet relicta ab instituto sed legatū ab ipso præterito non debetur,vt C.de fideicom.l.qđ filium.circa finem,sed remedio prætoris nec distinguo an intentetur bo.pos.contratab ante aditā hæreditatem. Et tūc faciat ipso iure nullum:quia prætor non potest facere desinere hæredem,vt infrà de bo.pos.§.quos autē.sed dico indistinctè ꝙ non esset ipso iure nullū, sed per remedium prætoris siue intentetur ante aditā hæreditatem,siue post,vt C.de col.l.filiæ dotem.& l. vt liberis. Alius modus est si dicat testator,testamentum nolle valere,& labatur decenniū,vt C.de testa.l.sancimus.sed non ipso iure.Alius modus est per incisionem ligni.C.de testa.l.nostram.

Sui autem. † Vbi dicitur quòd sui sunt qui sunt in potestate tempore mortis, nec habent ante se proximiorem,siue sit filius,siue nepos,siue pronepos ex nepote ex filio prognatus id est natus.Quidam dicunt prognatus id est procul natus,& volunt deriuari abnepos sed hoc falsum est:quia hic loquitur de pronepote ex nepote ex filio pronato, & iste est pronepos qui est in quarto, sed abnepos est qui est in quarto, vt j.de gradi.§.iiij. 1

Legit

1 *Legitimari poteſt quis multis modis.*

Nec intereſt. Et numerãtur multi modi quibus
1 fit quis legitimus.† Vnus eſt naturalis filius id eſt natus ex concubina ex non damnato coitu datus curiæ legitimus eſt:quia ſi eſſet natus ex damnato coitu non legitimaretur. errant enim olim curiæ. & ſic remittitur peccatum eũtibus vltra mare propter neceſsitatem ſubſidij terræ ſanctæ ita quia neceſſe habebant curiæ quod aliqui ſeruirent,ille defectus quem aliquis patiebatur ſibi reſtituebatur cùm dabatur curiæ propter neceſsitatem quam habebat vt aliquis ſeruiret ei & in authen. qui. mod. natu.effi.ſui.circa princip. Alius modus quo quis legitimatur,habeo filium ex concubina, contraho ſe cum filius antè natus eſt legitimus:& hoc eſt verum ſi interueniant dotalia inſtrumenta ſuper numero,aliâs nõ.& Placen.fuit in illa opinione quòd ſi contrahatur cum concubina matrimonium non valet ſine inſtrumentis:ſed hoc falſum eſt. Inſtrumenta non faciunt ad eſſe matrimonij,ſed ad legitimationem filiorum naturalium.C.de naturali.libe.l.cum quis.& ſ̃.de nup.in fine.

1 *Sui qui dicantur,& qualiter acquirant hæreditatẽ.*

Sui autem hæredes fiunt etiam ignorantes &c.
1 †Ibi tangitur modus acquirendi hæreditatem à ſuis. Vnde ſui fiunt hæredes ignorantes etiam inuiti, ſed per prætorem datur eis abſtinentiam, vt ſuprà de hæred. qua.& dif.§.ſed his permittit.& dicit ibi glo.fiunt hæredes nomine. de hoc indiſtinctè.ſ̃.eodem.§.à legato, vnde dico quòd falſum eſt quòd fiunt tantùm hæredes nomine,imò re & effe-

ctu fiunt hæredes sui inuiti & ignorantes, vnde ad hoc quòd sint hæredes cum effectu, non oportet quòd se immisceant, necessarium est auxilium prætoris: vt s. de hære. qua. & dif. §. sed his permittit, vnde creditor posset agere sic, tu es filius talis, & eras in potestate tpēore mortis, & ipse mihi decem debebat ex tali causa: ergo solue, nō oportet dicere, & te immiscuisti ĩ hæreditate: quia eo ipso ꝙ est suus, intelligitur hæres se immiscuisse nisi se abstineat: nec oportet dicere, ritè nō abstinuisti: quia eo ipso ꝙ est suus, intelligitur hęres, & se immiscuisse, nisi se abstineat. nec oportet ponere defensionem rei in libello, ipse bene dicet si velit, & ego me abstinui. Item dico quòd postquam se abstinet est hæres non nomine tantùm, imò omnia iura directa remanent penes eum. & si alius sit hæres habet solum iura vtilia vt ff. de mino. l. sed si sine. §. sed quòd Papinia.

1 *Filij mortuo patre sunt hæredes, & quasi continuatur dominium in eis, nec tutoris autoritas requiritur.*
2 *Possessio est res incorporalis, & quid sit possessio.*
3 *Filius censetur eadem persona cum defuncto.*

Eo quod mortuo † patre sunt hæredes, & quasi cōtinuatur dominium in eis: & ideo nec tutoris autoritate opus est, & sunt sui hæredes. Quare dicit quasi. Quidam dicunt, dicit quasi: quia continuatio est propriè rei corporalis, & dominium est res incorporalis: & ideo dicit, quasi continuatur 1

domi

dominium à defuncto in suo hærede. Contradicit glos. dominium est res incorporalis, contra possessio est corporalis: & tamē inuenio q̄ vna continuatur cum alia, propter hoc improbatur sententia eorum qui dicunt quòd dominium est res corporalis, & quasi continuatur: vnde nouissimus error peior priore quòd ipsi ambo malè dixerunt. & glo. peius implorabat & eorum sententiam, vnde
2 nihil contra eos. Item falsum dicit gloss. † quòd possessio sit res corporalis, imò est res incorporalis, vnde dicit Ioan. possessio & ius posuit tanquam genus in eius diffinitione, Doctores moderni dicunt. Possessio est rei corporalis apprehensio. &c. Dico quòd falsum est, sed ius tantùm ex illa apprehensione cum illis conditionibus quæ exiguntur est possessio: & sicut ius dominij causat realem actionem sed ius possessionis causat interdicta. & sicut possessio rei mobilis. insti. vi bo. si per triēniū causa dominij quòd est ius corporalis sit apprehēsio rei cum illis conditionibus requiruntur est causa possessionis, quòd est ius & res incorporalis: vnde inter doctores fuit Io. qui nouit quid esset primò diffinitū per ius. Primò est ius per apprehensionem pos. &c. Papinianus inter legum doctores
1 fuit ille qui nouit quid esset primò quia per ius diffiniunt eam: vt ff. de acqui. pos. l. peregre. Alij legis condi. impresserant opinionem rusticorum diffi. possessionem. primo est redimit primo, & sic etiam apprehensio corporalis: vt ff. de acqui. possessio. l. j. Sed glo. sustinendo opinionem suam quòd primo esset incorporalis, deberet sic interpretari sentētiā

eorum qui dicunt quòd dominium quasi continuatur: quia est res incorporalis: quia lex dicit, quòd possessio quasi continuatur. ff. quib. cau. ma. l. cum miles. & quasi possessio est res corporalis & quasi continuatur sibi dominium: quia res incorporalis non dicitur quasi continuari. hoc esset bona improbatio. §. alio modo soluit glos. quare dicit dominium quasi continuatur. † Dicit glossa: filius reputatur eadem persona cum defuncto, & eiusdem ad se non est continuatio: ideo dicit quasi certe. hæc non est bona ratio inspicit glo. personam defuncti & personam hæredis. Ego dico inspici causam eius quasi in persona eadem, scilicet in personam hæredis. ergo inspici causam eius quasi dicat quasi in personam eandem, scilicet in personam hæredis viuente patre filius est quasi dominus mortuo patre, vult dicere lex ista quòd non acquirit sibi dominium, quia dominus: dicit tamẽ quasi: quia verè dominus non est viuente patre. Hoc est, quod probatur. ff. de liberis & posthumis. l. prima. in suis. & ad hoc ff. de verborum significatione. l. j. §. paternas. 3

3 *Delicta quæ transeant in hæredem lite non contestata.*

Per contrarium. Dicit gloss. † Nota quòd quædam sunt delicta quæ transeunt in hæredem lite non contestata, vt crimen læsæ maiestatis. hoc est passiue dictum: quia homo mortuus id est, Cæsar accusabitur & damnabitur & punietur eodem modo quo possibile est vt eius memoria dãnetur, non accusabitur hæres. sed hæres cuius interest ratione bonorum

bonorum poterit intereſſe iudicio, ſed non dãnabitur,nec accuſabitur. Item dicit glo.Sunt quædã delicta quæ non tranſeunt in hæredem lite nõ conteſtata,vt publica:quædam lite conteſtata trãſeunt in hæredem,vt priuata. Ego non facio vim inter delicta publica & priuata: quia accuſatio criminalis in priuato delicto lite etiam non cõteſtata non tranſit in hæredem,ſicut nec accuſatio in crimine publico:ſed accuſatio ciuilis ex delicto, verum eſt quòd tranſit in hæredem aliâs non: vt C.de lite defun.l.j. Item intellige iſtum §.quòd iſte qui ſuus eſt non impediatur quin ſit hæres propter cõmiſsioné criminis à defuncto:ſed ſententia lata deſinit eſſe hæres.Et ſic cùm aliâs ſit impoſsibile qui ſemel fuerat hæres deſinat eſſe hæres,ſine tamen hoc eſt impoſsibile:ſicut per querelam deſinit eſſe hæres qui ſemel fuit hæres: vt ff.de vulga.& pupil. ſub.l. quæ ſubſtitutione.& ff.de inofficio.teſta.Papinianus nõ veterani.§.vltimo. Quare dicitur crimen læſæ maieſtatis, crimen perduellionis? Dicit Placentinus, quia per duellum conuincebatur quis de tali crimine.Sed dic ꝙ falſum eſt:quia duellum iure Romano illicitum eſt: vt ff.ad legem Aquiliam.l. qua actione.§.ſi quis in colluctatione. & C.de actio. & obli.l.contra negantes.Sed dicitur crimé perduellionis:quia perduelles ſunt hoſtes: vt ff. de verbo. ſigni.l.quòd non.

Cum autem quæritur &c. Et dicitur hic ꝙ ad hoc quòd aliquis ſit ſuus hæres,hoc inſpiciédum eſt eo tempore quo certum eſt aliqué ſine teſtaméto deceſsiſſe: vnde ſi aliquis fecit teſtamentum,& filium

ſuum exhæredauit, extraneũ inſtituit, ſi teſtatore viuente mortuus eſt filius exhæredatus à teſtatore poſtea decedẽte inſtitutus extraneus non adit, vel quia non poteſt, vel quia nõ vult, nepos ex filio exhæredato præmortuo erit ſuus hæres: quia tẽpore mortis eius qui decedit ab inteſtato inuenit ſe in eius poteſtate & proximior eſt. Idẽ eſt ſi iſte nepos nat⁹ ſit poſt mortẽ, ſi tamẽ coviuo cõcept⁹: & ſi mortuus fuerit filius exhæredatus pater illius nepotis & inſtitutus non adiecit. Dicit gl. quę eſt ſuper illo verbo, patre eius mortuo, antequã adeatur ex teſtamento hæreditas per inſtitutũ: quia tunc conſtat ꝙ non trãſiuit querelã ad iſtum nepotem à patre ſuo, ſed ſi erit adita tranſmitteretur hæreditas ad hæredem. Litera noſtra patitur quòd eſſet adita hæreditas ex teſtamẽto, quia non deferretur ab inteſtato. Hoc eſt verũ quod dictum eſt, ꝙ nepos natus poſt mortem qui eſt conceptus ante mortẽ eſt ſuus hæres in caſu qui dictus eſt: quia ſi viuo auo fuiſſet cõceptus ſed poſt eius mortẽ fuit cõceptus & natus, ergo nullo modo erit coniunctus auo ex perſona ſua, nec ex perſona patris, ex quo deceſsiſſet alius antequã eſſet conceptus. Lex aliquando dicit ꝙ nepos vt ſuccedit auo ſuo quo viuo non fuerit cõceptus vt noſtra litera hic, & bene poteſt eſſe conceptus, & tamen non eſt aliâs quo ſciemus, quia viuo auo fuit aliâs dico. l. humana habet indifferens qui eſſet conceptus viuo auo nõ eſſet aliâs, licet ſecundùm rei veritatem differentia, cùm iſti qui legẽ condiderunt hoc non inſpexerũt: vnde pone in terminis: quia habemus de cõſuetudine, filia ſuccedit

in ba

in baronia,sed præcedit masculus. ego sum baro; habeo filiã cõiugatã, habeo agnatũ cõsanguineum quẽdã:si me viuo & filia haberet masculũ in vtero succederet in baroniã:ista filia mea maior nihil habet in vtero,in crastino cõcepit masculũ. dicit ipsa quã citò fuerit mortuus pater meus,habeo invtero debet succedere filius meus in baroniã:dicit cõsanguineus nõ debet admitti;quia nõ erat cõceptus tẽpore mortis defuncti:&ideo ei nihil attinet.Itẽ nec tu:quia licet sis proximior quã ego,mulier tamen nõ succedit in baroniã.Super illo casu est hic dissẽsio inter Pla.&Io.Dixit Io.eũ admittẽdũ:quia si inspiceremus in successiõe solã cãm naturalẽ,planũ est ꝙ iste filius succederet.Sed sola cã naturalis ĩspicienda est.dicit Placẽ.vt in auth.de hære. quæ ab intest.defe.§. pe.Doc.dicũt cõtrariũ.Prætor inspicit cãm naturalẽ;&tamen eã non admisit:vt ff.vnde cognа.l.j.§.si quis proximior.quòd non admittetur.

Emancipati.Hic incipiũt antiquitates.Ista antiquitas prima & renouatio.C.de adop.naturales filij ꝗ se dederũt in arrogationẽ alij nõ admittũtur ad bona patris naturalis p vnde liberi,nisi fuerint emãcipati ab arrogato patre tpe mortis patris naturalis. & est optima ratio:quia sibi elegerũt aliũ patrẽ. gl. instat cõtra hoc per l.ff.de bon.pos.cõtrab.l.iij. §. si quis filio.ij.Respõ.Dico ꝙ lex illa correcta est propter cõtra.illius legis distinguitur:quia aut filiꝰ datur in adoptionẽ alicui ex ascẽdẽtibus quia trãsit in potestatem:sed non transit in famil.omnino habet aliam contratabu. in bonis patris naturalis : sed si detur omnino extraneo in adoptionẽ nõ habet cõ-

tratab.in bonis patris naturalis: Totum contrariũ est per literã nostram.§.inuenimus.& §. nostra autem constitutione.vnde per illum §.habebat cõtra tab.in bonis duorũ,in bonis patris naturalis, & in bonis patris arrogatoris:hodie in bonis vnius tantùm,& filius adoptatus id est arrogatus si emancipetur ante mortem naturalis patris succedit patri naturali:quia quantum ad patrem arrogatorem sit extraneus per emancipationem. Hoc dicit litera. Sed pone quòd fit sui iuris,per mortem patris arrogatoris,viuente patre naturali,succedétne patri naturali per vnde liberi?vnde glo.dicit ꝙ nõ viuo. ex quo morte patris adoptiui fieret sui iuris,remaneret sibi ius agnationis cum agnatis patris arrog. &ideo nõ obtinebit successioné in bonis patris naturalis:vt s̃.vnde hic bene dicit glos.sed alibi dicit contrarium & malè.ff. de adoptionibus.l. in omni fere.

1 *Emancipatus filius à patre arrogatore an succedat patri arroganti. Et an patri naturali.*

Post mortem verò patris naturalis † emancipatus est filius à patre arrogatore,non succedit patri arroganti. Item nec patri naturali ex quo post eius morté emancipatus à patre arrogatore.&hoc ideo introductum est,vt esset in potestate vel voluntate patris arrogatoris. Succedunt patri naturali agnati vel iste filius arrogatus:quia si emanciparet eũ succederet per vnde liberi:vt s̃.proxi. non agnati, sed si emanciparet succederent agnati: & sic voluntate alterius esset successio patris naturalis,quod habet lex pro inconuenienti. argu. ad hoc ff. de hæredibus 1

redibus

redibus instituendis.l.institutio.Sed nonne in volũtate patris arrogatoris est an succedat iste filius arrogatus patri naturali?Si non emancipet cum in vita patris naturalis,tunc patri naturali nõ succedet,vt hic dicitur:quia inconueniens ꝙ alias plus prius dico:quia iura non habuerunt pro inconuenienti ꝙ ex voluntate aliena pẽderet successio patris naturalis in vita sua,hoc est vsque ad mortem suam,sed post mortem suam penderet ex voluntate aliena iura habuerunt pro inconuenienti. Et ad hoc est duplex ratio,vna poterit pater naturalis ordinare de bonis suis in vita sua,dato ꝙ pater arrogator emancipet:sed post mortem non posset.arg.
2 ad hoc.ff.communia de le.receptum.†Itẽ alia ratio & melior,agnati mortuo eo cui sunt agnati habẽt ius cum bonis eius,sed non in vita sua,& quod priuarentur bonis vel in quibus nõ habent ius per voluntatem alienam:sed si post mortem priuarentur bonis illis per volũtatem alienam:quia tunc sunt eis debita,hoc esset inconueniens.

1 *Bonorum possessio contratab.quibus detur.*

2 *Emancipatus præteritus nullam aliam viam habet,quàm contratab.filius suus præteritus habet duplicem vel dicit testamentum nullum ipso iure,vel contratabu.*

3 *Differentia emancipationis & patriæ potestatis an sit in totum sublata.*

4 *Electio videtur confirmata si ille qui non fuit vocatus non vult eam infirmare.*

1 *Eadem hæc obseruantur.* No.†ꝙ bonorũ possessio cõtratab.datur præteritis omnino de quibus nulla

facta est mentio instituendo vel exhæredando,licet non ritè,vt ff.de bono.possess.contratab.l.non putauit.§.non quæuis.Et datur ista bonorum poss. contratab.liberis præteritis,siue sint sui,siue emancipati.Noluit dicere ꝙ filius emãcipatus habet bonorum possessionẽ cõtratab.de se,sed filius suus; & sic præteritus non habet cõtratab.imò dicit ipso iure nullũ.Sed si non sit solus suus imò vnus est filius suus,& alius emancipatus aperit emancipatur præteritus edictum per contratabulas ei qui suus est.Non dico quoòd M.diceret hoc,quia.M. semper ruminauit textũ.textus est expressus quòd licet sit solus,habet tamen bonorũ possessio cõtratab.& sic teneat viam prætoriam,vel dicat ipso iure nullum,& sic teneat ciuilem.verũ est quòd non habet bon.poss.contratab.necessarias. Largus fuit prætor in suo beneficio,& dedit non indigẽti, sed emancipatus præteritus per viã necessariam quiá aliam viam non habet.Hoc est qđ probatur.ff.de lega.præstan.& bo.pos.contratab.l.is qui in potestate.& l.duo.& C.de libe.præte.l.maximũ.Dominus An.in ista materia ꝙ sit ad nihil certum reliquit:dixit ꝙ fortè suus si rectè prætereatur,hic est incerta causa præteritionis habet solus bo.pos.contratab. Hoc est qđ tractauit in summa illius titu.C.de lib. præte.vel exhære.†ꝙ habet duplicem viam,vt di- 2
xi,vel vt dicat ipso iure nullum,vel vt petat contratab.emãcipatus præteritus(vt dixerunt quidã) idem auxiliũ habet quod suus,potest dicere nullũ testamentũ ipso iure,vel petere contratab.& hoc per legem quæ dixit quod†sublata est differentia 3
eman

emãcipationis, * & patriæ potestatis vt in auth.de hære.quæ ab inte.defe.§.nullã. Dico cõtrariũ imò fili⁹ emãcipatus præteritus hodie nullã aliam viã habet,quã contratab.Ad legẽ in cõtrariũ dicendũ, sermones inquirendi sunt secundũ materiã,& nõne illa litera quæ dicit,sublata est differentia emãcipationis,& patriæ potestatis est in Rub.de hære. quæ ab intest.vnde verũ est ꝙ nulla differentia est in succesione ab intestato sed succesione ex testamento vndé est differentia & bono.poss.cõtratab. est ex testamento,licet sit ad impugnationem testa mẽti.Dicit dominus An.aliud assertiuum aut emã cipatus præteritus inserta causa præteritionis legi tima,quia dixit sic,filiũ meum prętereo ex tali causa,& verũ est sic,aliâs habet cõtratab.& nõ aliã viã sed si non inserta causa:quia tantũ dixit, filiũ meũ prætereo,potest dicere ipso iure nullũ.& dicit sic habuistis pleniorẽ doctrinã.s̃.de inof.test.Item no. hic quòd institutus quandoque habet bon.pos.con tratab.alio committente edictũ.Pone,habeo filiũ, & habeo filiũ aliũ,cum prætereo,pręteritus potest petere contratab.nec expectabit quòd petat præte ritus,vt ff.de bonorum possessione cõtratabu.l.ĩi post mortem.§.vltimo cõuertitur contratab.quãdoque inserta persona,verbi gratia,instituo vnũ filiũ,aliũ prætereo,institutus potest petere cõtratab.pręteritosibi cõmittẽte dictũ.Et si nõ petat pręteritus quę est causa pręteritionis,volui seruare æqualitatẽ.Pone ĩstituo filiũ ĩ minoriparte extraneũ ĩ maiori,& filiũ aliũ prętereo,si sol⁹ pręterit⁹ rupto testamẽto per cõtrata.habeat maiorẽ partẽ,& ille qui

* Differẽtiã emãcipationis. Adde Bar.in l.Gallus.§.& qd si tãtũ.ff.de li. & posth.vide do.Iaso.in l. pater filio.ff. de leg.j. vbi dicit ꝙ emãcipat⁹ hodie succedit ad similitudinẽ suorũ. Et ꝙ sicut emãcipati sunt voluntarij hære des,ita & filij in potestate. Et nunquid transmittat hodie hæreditatem patris non aditam per eundem in d. l. pater filio.

qui fuit institutus minorem: quia oporteret eum esse contentum ea portione in qua fuit institutus: ideo prætor voluit quòd institutus haberet bonorum possessionem contratab. si præteritus non petit ꝙ iudiciū nunquā certè hoc casu præterito non petente contratab. institutus qui petit eam habet iure: vnde si præteritus non vult impetrare bonorum possessionē contratab. & institutus aduersus quem nulla est facta iniuria vult eā impetrare, prætor voluit eam adiri vt habeat secūdū tab. sed vult sua contratab. valeat secundū tabu. vt ff. de leg. præstan. bo. poss. cōtratab. pe. l. in potestate. §. sed si scriptus. † Quidā canonista (vt dicit dominus meus) 4
per istam theoricam de iure terminauit quandam quæstionē talem, facta fuit quædam electio, quidā non fuit vocatus, & sic fuit contentus: quia nō valuit electio: quia plus operatur contemptio vnius, quā multorum contradictio præsentiū. Volunt dicere alij, alia via electionem non valere: quia talis fuit non vocatus: & sic contemptus ille qui fuit nō vocatus non vult eam infirmare, nec dicit se contemptum, an alij ex sua sufficit hoc facere, ex quo ipse non vult infirmare? ideo confirmo, dixit quòd non, imò ex quo allegauit causam ex persona alterius qui eam nō vult allegare imò potius cōfirmat electionem. Causa eorum conuertitur in non causam, sicut bonorum possessio contratab. conuertitur in secundum tabu. quādo ille qui dixit eam ex persona alterius petat eam eo. ex cuius persona habet non petente.

Inuenimus. Ibi dicitur quòd olim si filius in potestate

ſtate dabatur in adoptionem illius & ſi pater naturalis moreretur antequã iſte filius adoptatus emãciparetur vel poſtea emancipatus non ſuccedebat patri naturali, item nec patri adoptiuo ex quo emãcipauerat, & ſic vtriuſq; patris ſucceſsione defraudabatur, & hoc erat inconueniẽs. gl. quęrit, & nonne eadem iniquitas remanet hodie in altero membro diſtinctionis quam facit ver. arguitur iſta iniquitas. j. eo. §. noſtra. ſi detur in adoptione alicui de aſcendentibus, tranſit in poteſtatem ſuã. Et ſi moriatur pater naturalis & poſtea emancipatur à patre adoptiuo, amittit ſucceſsionem vtriuſque patris, dicit glo. verum non eſt: quia ſi emancipetur à naturali aſcendente cui datur in adoptionem, tenetur ei relinquere tãtum. ſecus eſt in arrogatore. Dico ꝙ affectionis cauſa ſuſpitionem remouet, nõ tamen eſt veriſimile ex quo eſt de aſcendẽtibus ille cui datur in adoptionẽ ꝙ poſt mortẽ patris naturalis eum emancipet, vt vtraq; hæreditate & ſua & patris naturalis poſsit eum defraudare. arg. ff. de ritu nup. l. pe. §. de vno.

Item vetuſtas. M. voluit dicere quòd §. vltimus; Sed no. abrogat §. iſtum. Itẽ vetuſtas &c. quia iſte §. dicit ꝙ nepotes ex filia ſuccedunt cũ ſuis patruis vel materteris cum deminutione tertiæ partis, & ſtatim corrigitur per §. Sed nos, &c. Eſt dicendũ ꝙ iſte §. Item vetuſtas. nõ corrigitur per §. ſed corrigitur per auth. de trien. & ſemiſ. §. nec vllo. vnde §. ſequens loquitur de quarta, iſte de tertia. Itẽ iſte §. loquitur vbi omnes erant deſcendentes, ſequens loquitur vbi erant deſcendentes & tranſuerſales.

&

Hoc etiam addendum &c. Vbi huius titu.& est ꝙ de linea cognatorum transferuntur quædã personæ in linea agnationis, scilicet filiæ & filiæ sororis consanguineę vel vterinę,& isti sunt agnati, multò fortiùs ipsę sorores vterinę.& C.de legiti.hæred.l. vlti. Sequitur in litera,& diuiditur inter eos hære ditas in capita nõ in stirpes. Pone, habeo ex fratre præmortuo duos nepotes, ex sorore vnũ:certè mi hi succederent isti tres nepotes in capita:hodie est correctũ in stirpes, vt in auth.de hære:quæ ab inte. def. §.reliquũ.Circa hoc nota tria iura.Iure isto nõ veniebat filius fratris vnà cũ fratre, nisi esset pater frater superstes, verbi gratia. Ego decedo patre & fratre & fratris filio superstitib⁹, si erat frater & fra tris fili⁹ tãtũ:qa pater superstes facit ꝙ nõ admittaᵣ filius fratris cũ fratre, sed pater & frater tantũ admittũtur, vt in præalle.auth.de hære.quę ab intest. defe.§.reliquũ.Tertiũ ius ꝙ admitteᵣ filius fratris cũ fratre & si sit pater in medio,& succeditur ĩ stir
1 pes, vt in auth.vt fratrũ filij.in princ. † Est ponere quartũ casum, sed de hoc habemus ius aliquod.Habeo patrẽ & filiũ, videtur ꝙ admittaᵣ cũ solo patre. Quidã magni docto.voluerunt dicere ꝙ successio fuit in capita, nec hic corrigaᵣ.& dicũt ꝙ auth.q̃ est de hęr.q̃ ab inte.defe.§.reliquũ.q̃ dicit ꝙ filij fratrũ succedũt ĩ stirpes, loqtur cũ filij fratrũ succedũt cũ fratre supstite, vt ipsi fratrũ filij habeãt quãtũ haberet pater eorũ si viueret et nõ pl⁹.Sed dicũt ipsi, nos dicim⁹ ꝙ si sunt oẽs fratrũ filij, duo ex vno, tres vel quatuor ex alio, succedũt ĩ capita:qa nullus prior alio.Ista opinio nõ videᵣ sine ratiõe, videᵣ tamẽ lex

proba

probabilior: quia dicit lex,ſiue habeat defunctus fratres,vel fratris filios,fit diuiſio in capita:videtur igitur ponere ꝙ ſi habeat fratres vel filios fratrum,ſuccedatur in ſtirpes,vt in auth.de hęredita. quæ ab inteſta.§.ſi verò neque fratres.& intelligas in ſucceſsione tranſuerſalium proximior quoque præfertur.fallit in filiis fratris,licet ſint remotiores fratre ſuperſtite,tamen cũ admittuntur in omnibus aliis vlterioribus filiis fratris,ſecũdũ regulã ꝙ proximior præfertur,verbi gratia,habeo fratrẽ, & nepotes ex alio fratre,frater præfertur:& eſt priuilegium fratris filiorũ,ꝙ licet ſint remotiores fratre,tamen cum eo admittuntur:vnde in vlterioribus eis ſeruatur regula ꝙ proximior præferatur. Sed oppo.dicit ꝙ ſucceſsio fiat in capita.ſ.ti.j.§.cũ filius.in fi.Contra,quia ibi dicitur ꝙ in ſtirpes ſucceditur:Dico hic loqtur in ſucceſsioue trãſuerſaliũ,ibi in ſucceſsione deſcẽdentiũ.Idẽ in aſcendẽtibus:quia ſuccedũt in ſtirpes,ij omnes ex parte matris tantũ habent,quantũ illi ex parte patris,vt in auth.de hæredit.quæ ab inteſt.deſe.§.j.Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Ratio bona eſt & notabilis,habeo nepotes,ex vno filio quatuor:ex alio vnũ,nepotes admittũtur ex perſona patris,& ideo admittuntur ſicut & ille admitteret,ſcilicet in dimidiã: vnde cũ ſint remotiores & admittũtur,hoc nõ eſt de ſe,ſed ratione patris ſui quẽ repræſentat in trãſuerſalibus exceptis filiis fratrũ admittũtur ex pſona ſua,& fit ſucceſsio in capita,p numerũ pſonarũ.
† Si quæras vltra,quæ eſt ratio,quare deſcẽdentes, 2
ſuccedũt ex perſona eius quẽ repræſentãt,trãſuer

ſales

tales non? Dico ꝙ descendentibus est magis debita hæreditas, quàm trāsuersalibus: quia viuo patre filius intelligitur dominus: ideo descendentes ex persona patris habent ius, vt ff. de lib. & posth. l. in suis. transuersales nō habēt tantū ius: ideo ex perso na defuncti præcedētis nō habēt ius, sed ex propria. Scis tu ad quid valet hoc? Consuetudo est in aliqui bus partibus, ꝙ si baro habeat filios, filius masculus licet vltimò genitus præfertur filiæ in successione baroniæ. Pone, ego sum baro, habeo filiū maiorem natu, & filiū minorem natu, & filiā quæ est antiquior: filius maior contrahit, & habet filiā, decedit, & ego decedo, filius masculus licet vltimò natus dicit se admittendum ad baroniā, & filia ex filio maiore præmortuo vult admitti: & allegant sic, si pater meus (dicit ipsa) viueret, præferret fratri, ergo ego debeo præferri tibi fratri vltimò genito. Econtrario allegatur contra eam & per se sic ꝙ neptis habeat plus quàm filia inauditū est, si tu esses filia, & primò nata, ego præferrer tibi dicit iste filius vltimò genitus, ergo multò fortius tibi nepti sum preferendus. filia remanet in successione trāsuersalium, non admittitur quis ex persona quam repręsentat, sed descendentes in successione descē dentiū admittuntur ex persona eius quā repręsentant: vnde de me nepte nō iudico: tu filius vltimò genitus tanquā de me quia nō peto admitti tanquā ex persona mea, sed tanquā eius persona quā repre sento videlicet patris mei filij primò geniti, cui ego succedo: vnde iudica de me sicut de ipsa iudicares: & constat ꝙ ipse si viueret preferretur tibi per

ſe inducit.l.ff.de leg.iij.l.pater fili uni.§.quindecim libertum.vbi idémque ſunt infra dicitur teſtator. C.libertus legauit fundum,& vetuit alienari extra familiã:vnus libertus vẽdidit alij colliberto,qđ potuit facere:qa de familia,vnde nõ eſt alienatus extra familiã.Iſte collibertus ſiue libertus emptor deceſsit hęrede extraneo relicto,modo eſt fundus extra familiã,nónne aduocabitur ab eo?Dicit iuriſcõſultus ꝙ non:quia non eſt inſpicienda perſona extranei,ſed eſt inſpiciẽda perſona eius à quo cauſam habes,quam reprẹſentas:ſicut dicit iſta filia, nõ eſt conſideranda perſona mea,ſed perſona eius quem reprẹſento,& cuius ſuccẹſsionem habeo, & credo quòd bene allegat.

1 *Imperator eſt lex animata in terris.*

2 *Beneficia principum recipiunt ampliorem interpretationem,quàm teſtamenta.*

3 *Beneficium principis æquè latè debet interpretari, & hoc in ſimilibus perſonis.*

4 *Donatio in filium emancipatum à patre facta vltra quantitatem legitimã ſine inſinuatione nõ valet.*

5 *Donatio à principe in extraneum ſiue vltra legitimam quantitatem valet.*

6 *Succeſsio quæ eſt deferenda fratri vel filijs fratrum quis erit potior in ſucceſsione fratris.*

Si plures.ver.& quamuis. Ibi dicitur,defertur hæreditas proxima:& quamuis ibi dicitur defertur hæreditas proximo & quãuis ex l.xij.tab.& quã. l. quãuis.lex vſa ſit ſingulari numero quia dicit proximo. Si tamẽ plures ſint proximi,bene ſimul defertur,& omnes veniunt ſimul.Imperator Federicus

cus obſederat quoddam caſtrum, fecit præconizari per exercitum quòd qui primò ingrederetur caſtrum illud haberet centum,deinde decem ingreſſi ſunt ſimul.Modò quæritur,quis habebit? Audiui ꝙ dominus Guido de Merianis dixit ꝙ nullus habebit,& inducebat.l.in ſub.in teſtamẽtis.ff.de reb. dub.l.ſi fuerit.Audiui ꝙ Odofr.determinauit ꝙ omnes haberẽt.Et per iſtá literã potiſsimè lex xij.tabu.dicit ꝙ qui eſt primus agnatus defuncti habet hęreditatẽ defuncti ſi plures ſunt,tamẽ proximiores habebũt.
1 Queritur cũ † Imperator ſit lex animata in terris,idẽ erat in quęſtione propoſita.Iſtã determinationẽ reputo veriorẽ,nec mouet me lex il-
2 la.ff.de reb.dub.l.ſi fuerit.† quia loquitur illa in teſtamentis,& amplior fit interpretatio in beneficiis principũ,quã in teſtamẽtis,in quodã ruſtico aliud eſſe ibi ſeruarẽ.l.ſi fuerit & caue,admittũtur ergo, omnes illi qui ingreſsi fuerunt caſtrũ, ſed ad quid admittuntur?Intelligitur ꝙ ad centũ, vnde illa cẽtum diuidẽtur inter omnes:intelligo ſi ponatur in principe:quia quilibet habebit centũ, in beneficiis principũ debet fieri largiſsima interpretatio. ff.de conſti.prin.l.vltima.ergo ad minus ęquẽ lata debet fieri,ſicut alibi in ſimili inuenio ꝙ quilibet habe-
3 ret tantum quantum haberet vnus ſolus, † Teſtator dicit,poſthumo lego decem,naſcuntur quatuor,quilibet habebit decem,vt ff.de leg.iij.qui filiabus.§.j.Quidã reſpõdebat huic rationi,in beneficio principis debet fieri ęquè lata interpretatio, ſicut inuenitur alibi.verũ eſt in ſimilibus perſonis l.illa.ver.in nominis.ita latã interpretationẽ loqui

tur in filiabus, lex nostra loquitur in extraneis. Dicebat dominus meus. Inuenio ꝙ est latior interpretatio in beneficio principis in extraneũ, quã patris in filiũ. †Donatio in filiũ emancipatũ à patre facta vltra quantitatẽ legitimã sine insinuatione non valebit. 4 †Donatio facta à principe in extraneum sine 5 insinuatione vltra legitimã quantitatẽ valet. Hoc est quod probatur. C. de do l. latam. & l. sancimus. in prin. Pone, consuetudo est ꝙ proximus cognatus extrahat legitimam, ego vendo rem aliquam, habeo quendam proximum cognatum ex parte patris, & habeo alium proximũ cognatum ex parte matris, quis eorum prefertur? dico si sunt plures in quibus reperitur eadem ratio, admittẽtur omnes, vt hic. Causa illius consuetudinis est: quia non debet quis priuari sua successione: vnde vnus nõ potest alienare: quia ille qui successurus esset sibi posset retrahere: si ergo emptor in successione & mercatione vel si eque deberent succedere æquè retrahunt. † Si queratur quis est potior in successione 6 si queratur in successione fratris, deferenda fratri, vel fratrum filiis, habeo artem completam: aut reperitur vnus qui coniunctus est defuncto vtrinque, id est, vtroque latere tantũ in bonis vndecunq; acquisitis: ergo & in retractione si nullus inuenitur coniũctus defuncto ex vtroq; latere, sed si vnus est sibi coniunctus ex parte patris, prefertur in eis que defunctus habuit à patre; ille qui est coniunctus ex parte matris, præfertur in eis quæ habuit defunctus ex parte matris in quæsitis à defuncto simul admittuntur: & hoc conclude à simili retentione.

Hæc ſunt quæ probantur.C.de hæred.l.de emanci patis.auth.de conſang.& vterinis fratrib. per totũ. C.communia de ſuc.auth.itaque. niſi quæratur de aliis,vel de remotioribus in linea trãſuerſaliũ qui non ſunt fratres,nec fratrem filij, nec inuenio diſtinctionem prædictam:& vt ſunt cõiuncti defuncto ex vtroque latere,aut ex altero tantum,imò dicunt iura quòd veniunt in capita cum agnatis. ſed ſi vis rationem,dico ſi reperieris agnatum remotiorem fratre vel fratris filio, & eſt cõiunctus ex vtroque latere ipſi defuncto,& ex alia parte alterũ in eodem gradu,ſed coniunctus eſt qui ex altero latere tantum admittetur coniunctus ex vtroque latere & ad ſucceſsionem & ad retentionem in hæreditatibus deſcendentium ſiue in aſcendentibus. Dicit lex ꝙ hæreditas deſcendentium deferetur ita aſcendentibus: quia aſcendens ex parte patris habeat tantum quãtum aſcendens ex parte matris nec diſtinguit in bonis defuncti,an ex parte patris, an ex parte matris,vel an ipſe ea acquiſierit. Item nec diſtinguit ſint ex vtraque parte coniuncti, vel ex altera tãtũ,vt in auth.de hæredi.quæ ab inteſt. defe.§.j.Et quod reperiatur aliquis de aſcendẽtibus vtrinq; defuncto coniunctus deſcendẽti, ecce exẽplum,habeo duos filios,vnus habet filium,alius habet filiam:contrahunt ſimul,quod poſſunt de iure noſtro: quia filij duorum fratrum poſſunt ſimul contrahere,alter coniugum moritur reperio me vtrinque coniunctum.

1 *Succeſſorio: dicto non eſt locus in agnatis in bon. poſ. vnde agnati.*

2 *Emancipatus filius an remaneat agnatus patri & econtra, & quomodo intelligatur.*

3 *Pater habet ius succedendi filio emancipato olim per pactum expressum, hodie lex sine pacto istud ius sibi reseruat.*

Placebat autem. † Ibi dicitur non erat locus successorio edicto in agnatis: sed prætor agnatis sequentem voluit admitti ex capite cognatorum. In illo §. sed nos, dicit imperator ꝙ in agnatis habet locũ successorium edictum. & sic no. dicit glo. ꝙ in bon. posses. vnde agnati locus est edicto successorio in agnatis. Hoc non dicit litera, sed dicit in hæreditatibus, vnde dicit litera successionem in agnatorũ hæreditatibus non est eis denegandum: vnde dico quòd in agnatis an bo. pos. vnde agnati non est locus successorio, sed succederet per vnde legitimi sequente agnato primis non petentibus bonorum posses. vnde agna. vel repudiantibus: quia illa dando legitimi quæ est. ff. vnde li. l. ij. 1

Vbi dicitur emancipo filium olim non succedẽdo ei nisi in emancipatione reseruarem mihi ius succedendi. glo. hic & alibi contradicit sibi gloss. † hic dicit, si emancipo filium remaneo sibi agnatus: vnde ei succedo per vnde agnati, sed ipse non mihi. dixit Rogerius, hoc est falsum, imò dixit ꝙ filius emãcipatus remanet agnatus patri emancipanti: sed nõ est econtra, vt ff. vnde cogna. l. simus. & gl. in seq. sed quomodo potest esse ꝙ pater sit ei agnatus, & ipse nõ sit agnatus patri: quia agnatis relatio est? vnde agnatio alicuius & agnatus alicuius agnati, dicunt quidã ꝙ pater remanet agnatus filio emã 2

cipato

cipato mortuo. Si aliquis agnatus meus moritur ipse mortuus non est nisi agnatus, sed ego in cuius persona non est facta mutatio remaneo ei agnatus: vnde ei succedo tanquam agnatus emãcipatus moritur quo ad ius ciuile, non admittit filius per emãcipationẽ iura agnationis, sed pater in cuius persona nulla facta est mutatio ratio est agnationis: & ideo habet duo tanquam pater succedit filio emancipato & non econtra. Hæc ratio non est bona: quia secundũ hoc agnati nõ emancipati in cuius persona nec dicã ꝙ hoc nõ est: quia pater remanet ei agnatus non est facta mutatio, succederet isti filio emãcipato, & iste eis nõ succederet, & approbo gl. quia pater succedit filio emancipato, & nõ ecõtra, nec dicã ꝙ hoc est quia pater remanet ei agnatus, &
3 non est ecõtra. †Sed dico ꝙ habebat pater ius succedendi filio olim per pactum expressum, & hodie lex sine pacto ius istud sibi reseruat vt hic, & C. de emancip. lib. l. vltima. & respice quod dixi. s. de leg. agna. suc. & eris copiosus in ista materia.

De Senatuscõsulto Tertuliano. Rub.

1 *Filiafa. nupta alicui an remaneat in potestate patris.*

L*Ex duodecim tabularum ita stricto iure.* Secundũ Senatusc. Tert. mater nõ succedebat filio, nisi deficiẽtibus omnibus agnatis: nã mater erat cognata filio: qa per seipsam, & sic per personam fœminini sexus attingebat filio: ergo cognata erat filio: & deficientibus demum agnatis, vel exclusis, mater admittebatur, factum est Senatusconsultũ Tertullianũ,

quo consultum est matri: sed semiplenè: quia solũ consulitur per id senatuscõ. matribus habentibus tres filios vel quatuor si sit in potestate acquirent ei in cuius est potestate. † Et ex hoc nota, ꝙ filiafamiliâs vxor alicuius est in potestate patris: vnde licet sit coniugata & habitet seorsum à patre cum marito suo, nihilominus remanet in patria potestate. hoc non est dicunt rustici, tamen hoc est verum vt hic, & C. de cõdit. inser. Et si vxor. quia certi sunt modi exeundi de patria potestate, & iste modus nõ est de illis, & iste modus argueretur vt traditur. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. patre furioso. iure Lombardo aliud est: vnde ista filia coniugata ex quo manet in patria potestate acquirit patre iubente hæreditatem, vt ff. de acqui. hære. l. qui in aliena. Hodie potest etiam patre prohibente aduentitiam acquirere, vt C. de bonis quæ lib. l. vlt. vnde si consentiant ambo, ambobus acquiritur vsusfructus sibi proprietas, si solus filius vel filia totum sibi acquiritur, si solus pater, soli patri acquiritur totum.

1 *Pater an præferatur matri in successione filij vel filiæ, & an auum excludat mater.*

2 *Regula, si vinco vincentem te, ergo, vinco te, quomodo intelligatur & quando habeat locum.*

Præferuntur autem. ver. pater verò vtriusque, &c. Ibi dicitur † ꝙ pater præponitur matri in successione filij vel filiæ: sed auus excluditur à matre. Iste tractatus habet locũ in emancipato filio: quia filius in potestate non habet hæreditatẽ, sed alius sui qui est nepos ad auum & pater matrem. Pone omnes tres 1

esse

2 esse simul,auum, patrem, & matrem:tunc † fallit regula quę dicit,si vinco vincentẽ te,ergo vinco te. Pater dicit,ego vinco matrẽ,& mater vincit auũ, deberet concludere pater,ergo ego vinco auũ, sed non deberet vincere,imò auus vincet patrem,vt ff. eo.ad Tertul.l.æquissimum.§.j.Si essent auus & pater tantùm,auus vinceret patrem.Dicit ergo auus matri,ego vinco patrẽ,vt in l.illa ad Tertullianũ.l. æquissimum.& pater te vinceret vt hic. ergo ego vincerem te matrem.ecce exemplum regulę,da instantiam in eisdem terminis:loquitur pater auo diceret patri vincerẽ te vt hic mater te vinceret.Hoc est verũ si mater & auus essent soli,sed non si omnes tres essent simul auus,pater,& mater,imò auus patrem & matrem:& sic est vera regula scilicet.l.illa æquissimum,vt hic:ergo ego vincerem te. vnde iste falsum concluderet,vt in l.illa ęquissimũ. auus vincet patrem,dico ꝙ non fallit regula in eodẽ casu:quia vinco vincentem te, & non vinco, resistit ibi vinco vincentem te,aliâs non vinco te in casu alio,vnde in eodem casu nõ inuenias fallacem regulam in terminis prædictis.Sed fallit illa regula, si vinco vincentẽ te,&c.in auth.de ęqualit.do.§.his consequens:creditor qui credidit in emptionem rei,vincit creditorẽ habentẽ expressam cõuentionẽ.Et mulier non vincit eũ,sed vincit eũ qui credidit empti.rei,vt C.qui po.in pig.ha. l.assiduis. Alibi fallit illa regula in auth.qui.mo.natu.effi.sui.§ discreti.Dico ꝙ in casu nostro corrigitur:quia si sint omnes simul,pater, & auus,& mater, auus nõ excludit patrẽ,imò excludentur & admittẽtur pa-

ter & mater,vt in auth. de hære.quæ ab inteſt.deſc. §.omnis.Vnde dico correctā legem illā. ff.ad Tert. l.æquiſsimū.quæ ponit illā ſi vinco vincentē te, ergo vincā te.quādo ſimul ſunt auus,pater,& mater.

Sed nos constitutione,quam &c. Facit imperator mētionem cuiuſdā conſtitutionis.querit glo.Vbi dicit gl.ꝙ mater licet nō ſit mater triū vel quatuor liberorū habet ius ſuccedendi filio,vt C.de iu. deli.l.ij.

1 *Pater & mater ſimul admittuntur ad ſucceſſionem filiorum & quando.*

2 *Patris & matris æquale eſt officium.*

3 *Mater quæ non petijt tutorem filio ſuo impuberi ſi decedat in pupillari ætate mater ei non ſuccedit, ſecus ſi decedat in pubertate & de ratione.*

Nobis viſum eſt,&c. Ibi corrigitur incipit correctio imperatoris.vnde no.ꝙ litera noſtra corrigitur in multis,per iſta pater excludebat matrē,vt s. eo.ver.pater quoq; &c.ſimul admittuntur.vt auth. de hære.quæ ab inteſt.§. conſequens. Item ſi erat mater & ſorores conſanguineæ,mater habebit dimidiā,ſorores aliā:hodie ſuccedunt in capita, vt in auth.de nupt.§.& quoniā. Sed hodie per aliā auth. ſorores cōſanguineæ tantū,vel fratres conſanguinei tantū excluduntur per matrē in totū:quia coniuncti vtrinq; ſimul admittuntur cū aſcendētibus in auth.de hæred.quæ ab inteſta.§.ſi verò cū aſcendentibus. †Itē corrigitur & illud.ff.eo.ad Tertul. 1
l.æquiſsimum.§.j.quia ſi erat auus qui emāciparet nepotē & pater & mater,auus ſolus admitteretur: hodie ſolus excluderetur,vt in auth. de hæred.quæ ab inteſta.§.cōſequens.Et ſic iudices qui tenentur:

quia per glo.in iſta materia neſcies in quo debeat eſſe ſtatus in duobus iurare ea quæ dicta ſunt dubia iure.C.cauebatur ſi filius in poteſtate conſtitutus habens multa quo ad proprietatem ſi decederet,pater retinebat vſusfructus,& proprietas diuidebatur inter ſuccedentes,vt C.eo.l.vlt.& C.de legit.hære.l.de emãcipatis.Hodie pater & mater veniunt ex ęquo:ſimiliter ſi ſunt pater & mater & fratres vtrinq; coniuncti veniunt ſimul,vt in auth. de hære.quæ ab inteſt.defe.§. ſi vero cũ aſcẽdentibus. Intelligo ſi ſit filius emãcipatus,pater & mater ſuccedunt ex æquo:ſed ſi ſit in poteſtate,pater toto tẽpore vitæ ſuæ habebit vſumfructũ,& ſola proprietas diuidetur inter patrẽ & matrẽ & fratres vtrinque cõiunctos, & ꝙ filio mortuo, patri reſeruetur vſusfructus,probatur, vt in auth.de hæred. quæ ab inteſt.defe.§.illud eſt dubiũ.Circa iura iſta iure antiquo cauebatur ſi filius emancipatus facit teſtamẽtum,relictis patre & matre præteritis, ſolus pater habet contratab. Et rumpit per cõtratab. teſtamẽtum filiæ,mater repellebatur.vnde pater admittebatur cõtratab.mater ſi eſſet ſola,haberet querelã: ſed vbi ſimul cũ patre nullũ habebat auxiliũ.Dices tu hoc eſſe correctũ,vel ſi filius habẽs caſtrenſe peculium præterierit patrem & matrẽ,ſolus pater iure antiquo admittebatur.l.quæ exæquat patrem & matrẽ.& auth.de hære.quę ab inte.defe.§.cõſequẽs. noſtri in ſucceſsione ex teſtamento nõ reperio iſtã executionẽ,& video ꝙ quidam admittuntur ſimul ab inteſtato,vt fratres cõſanguinei & vterini tantũ nõ ex vno teſtamento ſoli cõſangninei habẽt querelam

relam,vt C.de inoff.teſt.l.fratres. † vbi ergo colli- 2
ges tu exæquationem patris & matris in ſucceſsio-
ne ex teſtamento:quia auth.de hære.quæ ab inteſt.
§.conſequens.exæquat eos ab inteſtato,vt apparet
ex rubrica.Certè regula dictat hoc vt debeāt exæ-
quari:quia æquale eſt officium patris & matris. ff.
de cura.furioſi.l.furioſę matris.Et dicat quòd ſimul
admittantur pater & mater in ſucceſsione ex teſta
mento,dico quòd pater admittetur per contratab.
mater per querelam:ſic & alibi.ff.de contratab.l.ſi.
†Dicitur in hoc ti.mater quę nō petit tutorem * fi- 3
lio ſuo impuberi,delinquit:vnde ſi decedat in pu-
pillari ætate,mater ei non ſuccedit vt hic,niſi eſſet
minor tunc ſibi nō imputaretur,vt C.ſi aduer.deli.
l.ij.Sed ſi decedat in pubertate,licet mater ei non
petiit tutorē,tamen bene ſuccedit ei,vt C.ad Ter-
tullia.l.matres.Quæ eſt cauſa:Dico quòd ſi non pe
tiit mater tutorem filio impuberi,delinquit: cum
decedit pupillus in pupillari ætate,non poteſt fa-
cere teſtamentum,nō poteſt matrem priuare: ideo
lex eam priuat:ſed cùm eſt fratr[illegible] pubes poteſt te-
ſtari & habet diſcretionem,lex relinquit filio puni
tionem,aliâs præteritionem matris vnde exhære-
det eam ſi vult.

* Non petit tutorē filio. Adde ꝙ mater quę nō petiit tutorem dari filio, licet ipſa vel alij geſſerint ſed nō legitime non excuſatur. Bar. in l. ſiue ingenua. §. quod ſi pater. ff. ad Tertul. Nec etiam excuſatur mater ſi pupillus deceſsit intra quinquaginta dies, & intra dictū tēpus nō petiit tutorē vt per eūdem in d. l. ſiue ingenua. §. confeſtim. ff. eod.

De Senatuſcōſulto Orphiciano. Rub.

PEr contrarium: autem, &c. Senatuſconſul.orphicianum factū fuit de filiis tantū addit imperator hic de nepotibus. glo.dicit idem intelligo de pronepotibus:nō adducit iura,ſed dic quòd hodie ſublata ſit

differ

differentia agnationis & cognationis,& in descendentibus agnatis,scilicet per lineā masculinam ad mittuntur descendentes in infinitum, ergo & cognatis in descendentibus per lineam fœmininam admittuntur descendentes in infinitum,vt in auth. de hæredi.quæ ab intesta.defe.§.nulla.

1 *Agnatus si emancipetur an desinat esse agnatus. Et nūquid patronus si emācipetur desinat esse patronus.*

2 *Hæreditates quæ solum tolluntur minima capitis diminutione an sint illæ solū quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur, an etiam quæ deferuntur iure prætorio.*

3 *Delegatus non potest esse qui non est canonicus vel in alia dignitate. Et si lit.contesta.desinat esse canonicus an desinat esse iudex.*

4 *Tutela defertur agnatis sub nomine agnatorum, & si desinant esse agnati iam suscepta tutela desinunt esse tutores.*

1 *Sciendum autem est,&c.* †Ibi dicitur ꝙ hæreditates quæ ex Senatuscon.Tertu.& orphi. deferūtur, capitis diminutione minima nō tollūtur,sed hereditates quæ deferuntur per legē xij. tabularū defertur hereditas agnatis:quia agnati sub nomine agnatorū:sed per senatuscon.orphi.& Tert.deferuntur hæreditates sub nominibus naturalibus,mater filiis agnatio tollitur minima capitis diminutio:sed naturalis cognitio non.Hæc ratio inuenitur,intellexit l.ff.de cap.di.l.tutelas.ad vtrunq; assignatur cōtrariū.Patrono defert hæreditas ex l. xij.tab.vt ꝭ.de succes.libe.circa princip.si emancipetur ne ad successionem liberti. gloss. dicit quia emancipati

ſunt ignoti à l.xij.tab.& per eã defertur hęreditas li berti patrono.dico ꝙ imò ſi emancipetur ſuccedit liberto,& teneo rationẽ legis nõ gloſſę. Agnatus ſi emãcipetur,deſinit eſſe agnatus:ſed patronus ſi emancipetur,nõ deſinit eſſe patronus.vnde facit gl. hoc ar.emancipatus eſt incognitus de iure ciuili,& ſimul decepto ſicut hic. Tu cognoſcis Corruſtum, Corruſtus eſt demẽs,ergo &c.vnde verũ eſt,patronus inquantum emancipatus eſt incognitus de iure ciuili vel à l.xij.tabu.ſed non inquantum patronus,ſub iſtis nominibus ſuus patronus eſt quis natus iure ciuili:vnde in argu. glo. eſt fallentia accidentis.†In alio caue tibi.Dicit hęc litera ꝙ illæ hæreditates ſolũ capi.dimi.tolluntur,quæ ex l.xij. tabu.deferuntur.Contra,imò hæreditates quæ deferuntur iure pretorio tolluntur ca.dimi.minima,vt ff.vnde libe.l.vlti.glo.reſpondet reſtringendo literam vt lib.ſolo excludat tantũ illas quæ deferuntur per ſenatuſcon.non illas quæ deferuntur per ius prætorium amittitur ca.di.minima,ſed hæreditas:quia hæreditates delatę per edicta prætorũ mi. ca.di.amittantur.Pone delata eſt bonorũ poſſeſsio vnde liberi,filio in poteſtate conſtituto, factus eſt ſui iuris,amittet ne ſucceſsionẽ ſic delatã per vnde liberi?Dico quòd non,vnde eſt ca. di. minima per quam illa quæ eſt in poteſtate aliena efficitur ſui iuris,tunc non amittitur illa hæreditas quæ defertur per ſenatuſcon.vel per ius prætoriũ,ſed per ca. dimi.minimam:illa per quam quis tamen ſit in poteſtatem alienam amittitur illa quæ defertur liberis.Et ſuccedunt per vnde agnati,vt ſ.ti.§.admonendi.

di.Idẽ dico in matre,mater habet filium, dedit se iste filius in arrogationẽ,alij non succedunt mater nec ex capite cognatorum per iura ista,vnde per talem capi.di.minimã per quã quis transit in potestatem alienã amittitur illa quæ defertur per senatuscconsultũ & per prætorem,&c.C.vnde liberi.
3 † Ad quid valẽt ista iura? Non potest esse iudex delegatus qui nõ est canonicus,vel in alia dignitate.Pone impetraui iudicem qui erat canonicus lit. contest. factus est priuatus quia resignauit,nunquid remanebit iudex? Videtur quòd non:quia res deuenit ad eum casum à quo incipere non posset. melius autẽ quod posset fieri est de iuribus istis non facias arg. de hæreditatibus,sed de tutelis: quia hæreditates per aditionem cõsummantur, sed tutelæ consummãtur per gestionem,& expectatur cursus gestionis sicut in iudicio cursus iudicij,vnde arguitur sic
4 per simile in tutelis † tutela defertur agnatis sub nomine agnatorum,ideo si desinat esse agnati si tutela iam sit suscepta desinunt esse tutores: ergo cũ de canonico deferatur iurisdictio sub nomine canonici,sed non erat capax iurisdictionis inquantum priuatur licet sit lis incohata coram eo, si tamen amittit istud nomen sub quo erat capax iurisdictionis,scilicet quòd desinit esse canonicus,desinat esse iudex,vt ff.de ca.dimi.l.tutelas.

1 *Spurij sine vulgo quæsiti,& naturales tantum qui dicantur & qui succedunt matri.*

2 *Matris certior est conditio quàm patris.*

*Nouissimè.*Ibi dicitur quòd vulgo quæsiti succedunt matri,hoc verum est si sit illustris,vt C. ad

Orphicianum.l.si quis.sed ibi habebat legitimos, aliâs filij naturales etiam matri illustri succederēt. auth.qui.mo.na.effi.sui.§.fi.† Vnde no.ꝙ quidā sunt 1 nati de coitu qui potest accusari, vt de stupro, vel adulterio. Et tales nō succedūt nec patri nec etiam matri nec alij, nec à patre nec à matre, vt in auth.al. qui.mo.na.eff.sui. Et quidā sunt nati in coitu qui nō potest accusari, vt in naturali: de hoc nō est dubiū ꝙ illi succedunt. Itē in concubinatu, & illi succedūt matri. Item patri in duabus vncijs si nō extant legitimi, vt in auth.qui.mo.na.effi.sui.§. discretis. Quidā nati sunt in coitu minus legitimo, nō enim potest accusari, vt ex meretrice publica, aliâs quæ administrat in caupona. Itē coitus minus legitimus est, nec tamen potest accusari quia vilitas iuris talis non permittit legū laqueis innodari, vnde accusari non possunt †. Vnde dicit, vulgo quæsitus: 2 & succedit matri nō patri: quia incertus est, vt hic. Et si quæritis, quando est aliqua publica meretrix? de hoc.ff.de ritu nup.l.palàm.ille qui est natus ex coitu qui potest accusari, nullo modo succedit, potest esse ꝙ est natus ex aliqua quæ nō erat meretrix tēpore quo natus est, & nūc est publica meretrix: vnde ei non succedet: vnde nō solū animus ex primo publicè facit aliquam meretricem licet hoc dicat: sed animus ex primo publicè, & actuū frequentia faciat eam meretricem publicam, vnde quo ad frequentiam actuum non credo ꝙ sit publica. Sic dixi.s̄.de iure natu. §.ex non scripto. plures actus qui præcesserunt faciunt ipsam futuram publicam meretricē non fuisse.ar.l.C.de legi.& consi.l.leges.

De suc

De succeſsione cognatorũ. Rubr.

P*Oſt ſuos hæredes &c.* Hic dicitur ꝙ primò admittuntur ſui hæredes, & illi quos inter ſuos hæredes vocant conſtitutio & prætor, vt filius naturalis* datus curiæ vel natus ex concubinis cum qua poſteà contrahitur matrimonium. Item nepotes ex filia, & pronepotes ex nepotibus ex filio vel filia. nã iſti per conſtitutiones vocantur inter ſuos: vt s̃.de hære.quæ ab inteſta.§.nec inter.& §. diui. Item filius emancipatus ſimilis ſui cui per procuratorẽ:vt s̃.c. alleg.de hæred. quæ ab inteſta.deſe.§. emancipati. Poſt iſtos admittũtur agnati, tertiò admittũtur cognati, agnati capite minuti ex iſto tertio capite, ſcilicet veniunt per vnde cognati. Fallit in fratribus capite, minutis: quia illi bene admittuntur cum fratribus qui vixerint in poteſtate ad ſucceſsionẽ fratris legitimi: quia vixerat in poteſtate vſq; ad tẽpus mortis, vt hic, & C.de legi.tu.l.legitimi. Similiter pater ſi emancipat filiũ deſinat eſſe agnatus ei, & tamẽ ſuccedit in ea tanquam legitimus: vt s̃.de leg.agna. ſuc.§.fin.

* Filius naturalis. Adde ꝙ baſtardus & naturalis idẽ importãt Alex.in cõſi. ij.incip.viſis codicillis. in primo volu. Nec poſſunt baſtardi legitimari exiſtẽtibus legitimis ſecundũ eundẽ Alex. in cõſi.clxxxviij. incipiẽ. ꝓſpectis verbis in prima col. verſi. Et quod ibi no. Limita tamẽ iſtud, niſi legitimi cõſentiãt cũ agatur de eorũ præiudicio ſecundũ Bal. in auth.præterea per illum text. C. de natu. lib.

Vulgo quæſitos. Et qualiter iſti ſuccedunt habuiſti.s̃.tit.proxi.§, nouiſsimè ſciendum.&c.

1 *Succeſsio eſt potius amplianda, quàm reſtringenda.*

2 *Sobrini propriè dicũtur nati ex duabus ſororibus vel duobus fratribus; nati ex iſtis dicũtur propriè cõſobrini.*

Hoc loco. Ibi dicitur quòd agnati ſuccedunt vſquè ad decimũ gradum, cognati vſque ad ſeptimũ. ſed cùm hodie ſublata eſt differentia agnationis, vt

in authen. de hæredi. quæ ab intesta.§. in illa. concluditur quòd & cognati succedunt vsque ad decimum, sicut agnati. Placentinus tamen concludebat aliter, vnde concludebat sic, sublata est differétia agnatorum & cognatorum per illam authenti. sed cognati succedunt vsque ad septimum, vt hic: ergo cognati vsque ad decimum, verum esse† quia 1
successio amplianda est potiùs quàm restringenda vt argumen. j. de bono. posses.§. adhuc pro modo arguenda est pla. argu. C. de pac. conuen. tam super rub. do. l. legem. Sed tamen dico modum aliũ concludendi minorem, vnde authen. de hæred. quæ ab intesta.§. nullam. facta est ad ampliationé iuris cognatorum, non ad restrictionem iuris agnatorum: vnde indistinctè succedunt agnati & etiam cognati vsque ad decimum gradum. Quidam voluerunt dicere quòd in infinitum deberẽt succedere agnati & cognati. quod hoc dicitur, sed ipsi non habẽt legem pro se, nec rationem. Item dicitur hic quòd cognati succeduntvsque ad sextum gradum. Item vsque ad septimum si sunt nati ex sobrino & sobrina dicuntur nati à duobus fratribus vel ex duabus soribus, & sunt sibi inuicem in sexto sobrini sobrinæ &c. & ideo filius sobrini mei est mihi in septimo, & dicitur impropriè sobrinus.† Vnde (vt dixi) 2
nati ex duabus sororibus vel ex duobus fratribus dicuntur propriè sobrini, & sunt sibi in octauo gradu: nati ex istis dicuntur propriè consobrini. Sed queritur quare nati ex sobrino, & sobrinę meæ succedunt licet sint in septimo, alij vsque ad sextũ, nõ esse reperire septimum gradũ in aliis sicut in istis?

Dicitur

Dicitur quòd in gradibus descendentium inuenies ascendentes & descendentes in recta linea, in trãsuersali inueniens descendentes & ascendentes in recta linea ascendentiũ & descendentium: raro vel nunquã inuenitur coniunctus vsque ad septimum gradum. Tritauus meus est in sexto gradu ascẽdendo. Item pronepos in descẽdendo est mihi in sexto, vbi reperies tu quòd ego & filius tuus nepotis mei qui est mihi simul, vel ego & pater tritaui mei, hoc est impossibile in linea trãsuersali, possibilius esset quòd reperirentur simul; quia frater abaui est mihi in sexto gradu: quia eius filius erit mihi in septimo, & sic cùm possibile sit reperire tritauũ, possibile est fratrem suum & eius filium, cùm igitur in linea transuersali sit reperire septimum gradum vt visum est in alio quàm in filio sobrini vel sobrinæ: quia dicit alios non venire in septimo gradu, secus filium sobrini & sobrinæ, glo. respondet ad voluntatem suam, ego dico quòd frequentiam est causa quare hoc dixit: quia frequentiùs possunt reperire in septimo gradu in illis personis quã in aliis: vnde frequentia est causa. arg. de vsucap. l. iusto.

De gradibus cognationum. Rubr.

1 *Gradus quid sit, & qualiter cognoscatur in quo gradu sit quis de linea ascendentium vel descẽdẽtium & transuersalium.*

HOc loco necessarium &c. Hic vidẽdũ est primò q̃d sit grad⁹. gl. j. e. §. hactenus ostẽdisse sufficiat. &c. vult dicere grad⁹. †& dicit, est

cumulatio personarum cognatione vel affinitate sibi cõiunctarũ quo gradu &c.& sic diffinitio graduum per graduũ,& idem cadit in diffinitione sui ipsius.Hoc nihil est dicere, vnde dic,gradus est sicut in linea,verum est ꝙ propriè loquendo in alia facultate de situ vel sede,grad⁹ nõ est sedes,vel sit⁹, sed tolerabile secundum legem est quod dicitur situs vel sedes habito respectu personæ ad personã, vnde lex si sit inter gradum ad substitutionẽ sediũ situum in stala:vt ff.de gradibus.l.iurecõsul.§.graduum.tamẽ verum est quòd propriè nõ dicitur sedes vel situs cognationis habito respectu personæ ad personam:vnde quærimus in quo gradu est quęrere in quo situm est. Item nõ.argu.ad cognoscendum in quo gradu sit quis de linea ascẽdentiũ vel descendentium & transuersalium:eadem est linea patris & filij licet pater sit mihi ascẽdens,filius sibi descendens:vt ff.de gradibus.l.stemmata, vnde licet sit eadem relatio patris ad filium, & ecõtra,sicut eadem est via quæ ducit à Thebis ad Athenas & de Athenis ad Thebas, diuersificatur penes terminos:quia alius est pater,alius filius.In linea trãsuersalium, frater est primus,frater est in secundo gradu fratri,& non est ponere in linea trãsuersali primum gradum,sed & vlteriores.In linea descen dentium & ascendentiũ pater & filius faciunt primum gradũ.Dixerunt quidã ꝙ pater facit primum gradum ascendentiũ.glo.reprobat hoc:quia in gra dũ est ponere duas personas; quia gradus habet quẽdam relationem in se personæ ad personam,& inducit simile de fenestra in fenestram est ponere duas columnas,addita vna columna fiunt duæ fe-

neſtræ:ſic duæ perſonæ faciunt vnum gradum, vna perſona addita facit alium gradũ,& ſunt duo gradus, frater ad fratrẽ vt in ſecundo gradu ſe habeãt recurrendũ eſt ad perſonã per quã ſunt coniuncti duo ſunt fratres, vis tamẽ ſcire in quo gradu ſunt? recurre ad perſonã per quam ſunt coniuncti ſcilicet ad patrem, verbi gratia, ego ſum mortuus, vis dare mihi hæredẽ, incipias à te & comparabis me ad te dominus cuius hæredes agunt, pone ꝙ eſſes frater, recurre ad perſonã per quã tu eras mihi coniunctus, ſcilicet ad patrem, tu es in ſecundo gradu: quia per patrem attines mihi ergo proximior.&ſic i pater in primo & ipſe mihi erat in primo, tu es igitur mihi in ſecundo,& ſic aſcende. & ſic ego frater eram tibi in ſecũdo filius meus erit tibi in tertio,& ſimiliter filiꝰ tuꝰ erit mihi in tertio,&ſic deſcẽdẽdo in infinitũ: vnde deſcẽde ex vtraq; parte, filius mei fratris & filius tuus qui eſt alius frater ſunt ſibi inuicem in quarto,& ſic deſcende in infinitum: vnde quandocũque vis ſcire quocunque gradu ſunt aliqui, recurre ad perſonam per quam ſunt coniuncti deſcendentibus, filius meus eſt mihi in primo gradu, filius filij mei, id eſt, nepos eſt mihi in ſecũdo:& ſic deſcẽde in infinitũ. In aſcendẽtibus pater meus eſt mihi in primo gradu, pater patris mei, id eſt, auus eſt mihi in ſecũdo:& ſic aſcende in infinitum.

De ſeruili cognatione. Rubrica.

I*Llud certum eſt.* Ibi dicitur vſque ad §. repetitis. debes ſcire ꝙ ſemel agnatio nõ inſpicitur quo ad ſuccedendum ſi remaneant:

quia ſeruus non ſuccedit:ſed pone,habui ego liber ex ancilla filium qui erat mihi in contubernio, filius eſt ſeruus:quia partus ſequitur ventrẽ,deinde manumiſſus eſt iſte filius & noſter.& ego ſi ſeruus erã,nũquid ſuccedit iſte filius mihi,& ego ſibi, & ſi alios habebã filios legitimos ſcilicet cum erã liber: quia aliam habueram vxorẽ & hæredẽ. fallit in tribus caſibus.Dic ꝙ hoc falſum eſt in illis caſibꝰ quos inducit gl.fingitur liber: qa in illis caſibus fingitur quis habere bona : ergo liber fingitur qa nõ habet bona ſeruus:vt C. ad orphicianũ.l.vlti. Quærit gl: nũquid hodie ſeruus ſuccedet ſeruo:quia ſerui habent naturalẽ cognationẽ inter ſe?Dico quòd non: quia prætor qui inſpicit cauſam naturalem nõ dicebat ſeruum ſuccedere.Item nũquid dominus cognato ſerui ſuccedat ex perſona ſerui ? Dico quòd non:eadem ratione qua priùs. Arguitur contra caſum iſtius.§.ſ.de cri.mi.§.quod autẽ.dicit ibi quòd ſi ſint manumiſsi filij quæſiti in ſeruitute non alter alteri ſuccedet,& quia intelligũt quod hic dicitur, ſed & alterius in alterum intelligitur fratrẽ fratri ſuccedere,hoc eſt patrẽ filio,& filium patri: nõ exponas id eſt fratrem fratri,quæ quæſtio fuit determinata in ciuitate iſta. inducebatur.§. pone exemplum,habeo filium ex concubina , deinde contraho matrimonium cum aliqua. Similiter concubina contrahit cum alio,& habet filium cum eo ex eo,& ego ſimiliter filiũ habeo ex ea cũ qua contraxi,filius natus ex me & concubina,factus eſt diues, decedit,filius ex parte mea vult ei ſuccedere filius ex parte matris,quæritur quis ſuccedit?Dicebatur

quòd

quòd vterque per istum.§.& Azo in summa sua inducit istum §.& ambo dicunt quòd natus in seruitute posteà manumissus est naturalis:sed per istam literam:sed alterum in alterius habetur quòd vnus frater manumissus succedet alteri fratri in manumisso, etiam cum legitimo: quia sicut in legitimis est quod sibi inuicem succederent, sic erat hic. Dico quòd in quæstione quòd ille ex parte matris succedat: quia filius ex concubinatu nullum habet ex parte patris cui succedit vel matris, vt in authenti.quibus modis natura.effi.sui.§.filium. Ad legem istam dico quòd dicitur alter alteri succedere, expone, id est, patrem filio, & econuerso, non fratrem fratri. Item sic ita quod exponas,id est, fratrem fratri. pone casum quando habebatur aliqua in concubina ea affectione qua vxor, ideo est manumissa, & filio manumisso habetur pro legitimo non pro naturali, vnde hic dicitur quòd succedit cum legitimis. Quid ergo ad casum de naturali de quo est quæstio proposita: quia de illo non est dubitatio, quare naturalis de quo est quæstio, non succedit cum legitimis, vnde quæris de nato ex concubina.

1 *Defunctus de cuius successione agitur, si habeat descẽdentes, tales præferũtur in successione omnibus aliis in infinitum, siue sint emancipati siue non, siue per lineam masculinam sint descendentes siue per fœmininam:*

2 *Et quid si habeat ascendentes solùm, vel ascendentes & transuersales.*

Repetitis. De iure regulari de succeſsiōe hoc ſcias quādo decedit quis,aut habet deſcēdentes, aut nō habet deſcendentes:† ſi habet deſcendentes præferuntur in infinitum omnibus aliis. nam prior eſt 1
cauſa liberorum in ſucceſsione vt ſ. de hære. quæ ab inteſt.§.j.& ſi ſunt deſcendētes ſiue per maſculinū ſiue per fœmininū, ſiue emācipati ſiue non inueniuntur,ex æquo admittuntur deſcēdentes in infinitum ex perſona eorū ex quibus proceſſerunt, vt nepos ex filio præmortuo cum ſuo filio.in auth.de hære.quæ ab inteſt.deſc.§.j.& §.nulla.& ſ. de hære. quæ ab inteſta.§. cum filius.ſi non deſcen.† defun- 2
ctus de cuius ſucceſ.agitur,diſtingue,aut habet aſcē dentes aut nō habet aſcendētes,ſi habet aſcēdentes & nō trāſuerſales,verbi gratia,habet patrē & matrem,& nō habet fratres, in iſto caſu aſcendentes per lineam maternā & per lineā paternam venirēt. ex æquo vt in auth.de hære.quæ ab inteſta.§.conſequens.& intelligas quomodo dico ex æquo:quia licet hæres vnus ex linea materna & alius ex paterna veniunt ex æquo:quia pater & mater veniūt ex æquo & verū eſt quod exæquati ſunt ab inteſtato per prælatū in auth.de hære.quæ ab inteſta.§. cōſequens:quia in ſucceſsione qui ex teſtamēto nō inuenies eos exæquatos,vnde certa hæc ſunt iura cōpleta, ſcilicet cōtra ſucceſsionē ex teſtō ſicut dixi. & intelligas veniōs ex æquato pater & mater ad ſucceſsionē filij in eo qđ filij in proprietate: ſed pater ſol⁹ habet vſūfructū quia nūquā cōcurrit pater in vſufru.ar.in auth.de her.quæ ab inteſt.§.j.ſi ſunt aſcēdentes.ſ.pater & mater cū trāſuerſalib⁹,aut illi

transuer

transuersales sunt alij à matre,& à filio fratris,vbi excluduntur per ascendentes:si autem transuersales fratres sunt,vel filij fratrum,aut defuncti vtrinque cõiuncti,aut ex altero latere tãtum,si sunt defuncti cõiuncti ex vtroque latere,admittitur cum ascendentibus in virilẽ,si sunt coniuncti ex altero latere tantũ,nõ admittuntur cũ ascendẽtibus. Ista sunt quæ probãtur per auth.de hære.quę ab intest. defe.§.reliquũ.& §.se.& §.si verò neq; fratres.& in auth.vt fra.fi.§.j.Et est verum ꝙ frater & mater admittuntur cum fratribus vtrinq; cõiunctis,& filij eorũ in virilẽ.& hoc verũ est,si nõ sunt ascendẽtes. De secunda verò vnde nõ habet proprietatẽ eorũ qui obuenerunt filio à parente sed tantũ vsumfructum,in cuius nuptis,nõ stetit: Sed cum noluit ad secundas nuptias superstes vt in auth.de nup.huic nos.si sunt subtransuersales,aut sunt fratres, vel filij fratrum,aut sunt defuncto vtrinque cõiuncti. Quidam ex altero tantum,aut sunt omnes cõiuncti ex altero tantũ,si sunt coniuncti quidã ex vtroque latere fratres & filij fratrũ,& quidã ex altero tantùm,pręferuntur vtrinque cõiuncti eis qui sunt coniuncti ex altero latere tantùm,& præferuntur eis in bonis vndecũq; acquisitis si sunt omnes coniuncti ex altero latere tantùm,vt omnes ex eodẽ, aut quidam ex vno,scilicet,ex parte matris.si omnes ex eodem,tunc æqualiter veniunt,si quidã ex vno,quidam ex alio:illi qui sunt cõiuncti ex parte patris præferuntur in bonis ex parte patris, & illi qui sunt cõiuncti ex parte matris, præferuntur in bonis ex parte matris.In bonis aliunde quæsitis ve

nient æqualiter,licet probẽtur in auth.de consan. & vter.§.j.C.cõmunia de succes.auth.itaque.&C. de leg.hære.l.de emancipa.si non sunt nec fratres, nec filij fratrum,habet locũ regula,proximior præfertur vlteriori,& sic intelligitur litera præsens,& fit diuisio in capita,non in stirpes,vt in auth.de hære.quæ ab intestá.defe.§.si vero neque fratres.

De succeßione libertorum. Rub.

1 *Donatio vltra quingentos aureos non valet.*

2 *Aureus in iure accipitur pro solido, & solidus pro aureo.*

NVnc de libertorum bonis. Glo. continuat
sicut dictum est de succeßione ingenuorum,nunc libertorum; falsum est
hoc in auth.s̃.tit.proximo de seruili cognatione.§.sed nostra.tractatum de succeßione libertorum,vnde sic continua.Dictum est vsque nũc
de succeßione iure cogna. vel patriæ potestatis,
nũc dicit de succeßione iur.patronatus. Circa succeßionem libertorum tractatur hæc.quatuor iura.quartũ in quo est status recitatur.j.eo.§.sed nostra,& est status in hoc:quia liberta vel libertus si
habet vnus centum aureos in bonis,si faciat testamentum in prin.potest preterire patronum,nec tenetur ei aliquid relinquere si ab intestato non extantibus liberis succedit ei patronus in totum:vnde vnus aureus valet mille sestertios.Illud esse no-
tabile scis†tu quòd donatio vltra quingentos au- 1
reos non valet sine insinuatione,* vt C.de dona.l.
sancimus.& l.penult. Audiui quòd quidam iudex
fuit

* Sine insinuatiõe. Adde,nũquid,insinuatiõe requiratur in donationem inter viuos quã docũque summã à lege taxatã excedat. Alex.in cõsi. cccxxv. incip. visa facti narratione co.v. vers. Et omissis nõ necessariis in ij.vol. Et nunqd valeat sine insinuatiõe si in ipso ĩstrumẽto agat ꝙtot donationes sint,quot sũt iugera terræ donatæ,& tñ oẽs res simul donatæ summã excedãt vltra quã sine ĩsinuatione donari nõ põt. vide eũ Alex.in cõsi. cccviij. inci. visis duobus in ij.vol.

fuit deceptus in Lombardia vbi est moneta valde debilis, quidam fecerat donationem quæ excedebat quingentos solidos illius monetæ, secundum institutionem ipse iudicauit donationem illam nõ valere: quia donatio excedens quingentos solidos sine insinuatione facta non valet per leges præallegatas, ipse male iudicauit, quòd non est intelligendum cùm dicunt leges illæ quòd donationes vltra quingentos solidos non valent sine insinuatione,
2 de solidis vulgaris monetæ: † quia aureus & solidus idẽ sunt: & probatur quia duæ sunt leges, quæ in eodem casu & in eadẽ materia loquũtur, & vna dicit fieri condemnationem in quinquaginta aureos, alia dicit fieri condemnationem in quinquaginta solidos vt ĵ. de pœna iudicis qui malè iudi. §. vlti. vnde illæ leges intelliguntur de talibus solidis, quorum septuagintaduo faciũt aureũ, vt C. de suscep. & arca. quoties vno de solidis vulgari currente sicut credebat ille iudex. l. dicit stipulor à te in xxxvj. Turoñ. promitto tres aureos, vtilis est stipulatio, vt ff. de verbo. oblig. l. quæ extrinsecus. voluit dicere ꝙ idem est si stipulor à te quatuor Parisienses, & tu promittis quinq; Turoñ. ꝙ valet stipulatio. Ego dico contrariũ, vnde intelligo ꝙ aureus est nomen solidi: vnde non est in prima stipulatione nisi diuersitas in appellatione, sed in secũda est diuersitas in forma & substantia. Dicitur hic ꝙ si libertus maior centenario, liberti excludunt patronum in totum siue sui, siue emãcipati, sed nunquid frater liberti excludet patronum? Dico, ꝙ non, vt ff. de bo. liber. l. ab intestato.

Liber

1 *Liberto decedenti ab intestato quando succedat patronus. Et quid si cum testamento & prætereat patronum.*

2 *Iura patroni quæ sint & quibus remedijs vtatur.*

3 *Ius patronatus pluribus modis amittitur.*

Si verò testamentum. Ibi dicitur ꝙ libertus maior centenario qui nullos habeat liberos si testamentũ nõ facit, succederet ei patronus in totũ ab intestato, vt s̃. proxi. † Et si facit testamẽtũ & ipsum patro 1
num præterire, olim vocabatur patronus per bonorum pos. contra ta. in dimidiã, hodie in tertiam. hoc dicitur hic. vnde hoc est de iuribus patroni, vñ de vocabatur per bono. pos. contra tab. datur patro no & liberis contra testamentũ liberti vt hic. † Itẽ 2
datur bo. pos. per cõtra tab. quã habet patronus in bonis liberti & bo. pos. contra tab. quã habent liberi in bonis parentum, vna est differẽtia quia bonorum pos. per contra tab. quæ datur filiis habet locũ, siue institutus in testamẽto parentum adiuit hęreditatem siue non, vt ff. de contra tab. l. illud. sed illa quæ datur patrono non habet locum nisi ad hæredem saltim ab vno fuerit adita hæreditas, vt ff. de bonis libe. l. etiam. §. vt patronus. Secunda est differentia: quia contra tab. quæ datur filiis nõ compatitur secũ bonorum possessionem contra tabu. sed illa quæ competit, vt ff. de bono. poss. l. sed cùm patrono, vt ff. de bono. posses. secundum tabu. l. æquissimum. Tertia est differẽtia: quia bonorũ possessio contra tabu. quæ datur filiis rumpit testamentum in totum, sed illa quę datur patrono rumpit vsque ad tertiam, vt hic vides. Quarta est differẽtia: quia

petita

petita bo.poss.contratab.à liberto,& sic rupto testamento vsque ad tertiam,habet illam tertiã sine onere legatorum,vt in ver.ita tamẽ:sed petita bo. pos.à liber.olim debebantur legata certis personis enumeratis in edicto.ff.de leg.præstan.& bon.poss. contratabu.pe.per totum.& fortè hodie debentur omnibus indistinctè,vt C.de liberis præte.vel exhæreda.auth.ex causa.& queras rationem istarum. Item nos habemus in c.rubri.de bono.poss.cõtratab.quæ datur patrono & eius liberis,nunquid & cognatis patroni dabitur:qa hic dicit litera quòd cognati vel patroni succedũt vsque ad quintũ gradum & j.eodem modo &c.Promptum est leges legibus cõcordare.C.de inoff.doti.l.vnica. Dicimus quòd verum est quòd cognati patroni succedunt vsq; ad quintũ gradũ ab intestato,sed nõ per bon. poss.contratab.quæ licet sit ex causa testamenti,tamen dicitur ex testamento.videmus ergo de bon. pos.cõtratab.quã habet patronus in bonis liberti, & hoc est vnũ de iuribus qđ habet patronus in liberto.Sunt & alia multa quæ tangit glo.& illa videbis legendo gl.sic.

3 †Et plures sunt modi amittendi ius patronatus etiam per remissionem.C.de bo. libe.l.vlti.ad minus per remissionẽ generalẽ amittit ius succedendi,sed non ius reuerentię,vt in authẽ.vt liberi de cætero.§.j.amittit patronus ius patronatus per delictum suũ,vt si compellat libertum vel libertã iurare ne contrahant matrimoniũ vt ff.de bo.libe.l.adigere.& l.qui cõtra legẽ.Item si denegat alimenta liberto.vt ff.de bonis libe.l.si patronus. Item dicit glo.amittit ius patronatus per debi

debitam partem conceſsion.vt ſi relinquat ei libertus portionem ſibi debitam,vt hic,& ff.de bo.lib.l. etiam.§.toties.Certè iſte non eſt modus amittendi ſi ſoluo tibi quod debeo nihil amittis,ſed totũ recipis.Et verùm eſt quòd nõ potes poſteà contra me agere hic ſi libertus relinquat tertiã partem bonorum patrono in caſu in quo debet relinquere,ſoluit ei quoddã:verũ eſt ꝙ poſtea patronus nõ habet bo.poſ.cõtrata.ſed propter hoc nõ debet dici amittere,ſed ſuum recipere.Item dicit glo.alius modus eſt amittendi ius patronatus ſi relegatus fuerit patronus vel deportatus.verum dicit ſecundum qđ dicit quòd relegatus amittit falſum eſt,& lex quã allegat glo.C.de iure patronatus.l.fi.non loquitur tantũ quãdo fuit deportatus.Alius modus eſt ſi libertus ſit reſtitutus naturalibus,vt ff.de bo.li.l.ij.§.j.Itẽ dicit glo.alius modus eſt ſi ſeruus pecuniã alicui doceat eo pacto vt eũ emeret & manumitteret, vt ff.de bo.lib.l.j.§.j.& C.de bo.lib.l.j.Sed certè iſte non eſt modus amittendi ius patronatus:quia nunquã habuit non cõſequendo ius patronatus. Alius eſt modus ſi ab eo inuito exegit pecuniã pro futuris operis,& amittit omnia iura,vt in l.difficili.C. de bo.lib.ſi quis.& ff.de liberis agnoſcẽdis.l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi quando.Item ſi libertus vindicauit necẽ defuncti & hæredes nõ vindicauerunt eã, nec hoc eſt verum ſi hæres fuit negligens:vnde iſta duo exiguntur,liberti diligentia,& hæredis negligentia,vt ff.de iure patro.l.penultima. Et de ſuis & legitimis.l.ab inteſtato.§.qui neſcit.Item dicit glo. amittit ius patronatus ſi accuſauerit libertum de

crimine

crimine capitali.Dico quòd hoc non eſt verũ:quia non eſt modus quo amittat ius patronatus,ſed patroni filius & hoc eſt quod probatur.ff.de fideicõ. l.ſi filius.§.erit.dicit litera.ſ.in §.Si verò teſtamentum, & vbi vel quòd prodeſſe quod ſi patronus nihil in teſtamento liberti habet bono.poſſ.cõtra tabu.ſi habet aliquid ſed minus legitima agit non habet contratabu. ſed agit ad complementum:& hoc eſt introductum per cõſtitutionem,vt dicit litera noſtra,non per iura.ff.de bo.quæ libe.l.ij.§.toties.imò videtur mater habere viam agendi ad ſupplemẽtum,vt ff.de iure patrona.l.iij.§.excluditur. glo.dicit ꝙ illud eſt adinuẽtum auto.iuris compoſitoribus eo quod falſum eſt ibi dicitur quòd libertus inſtituit patronum in minus debita portione: dicitur ꝙ ſi relinquit ſeruo patroni relictis ſeruo ſuo ſed nõ dicit ꝙ ſi minus debita portione eſſet relictũ ſeruo ꝙ aget ad ſupplemẽtum dicit litera in §.Multis aliis &c.ꝙ patroni & patronæ & liberi eorum necnon qui ex tranſuerſo veniunt vſque ad quintum gradũ refertúrne ad liberos,ſicut & tranſuerſales.glo.dicit quod ſic,& quidam quod nõ habet ſtatum.Dominus domini mei dicebat quòd liberi ſuccedunt in infinitum, tranſuerſales vſque ad quintum gradũ:vnde quod dicit vſque ad quintum gradum tantùm,refertur ad tranſuerſales,nõ ad liberos.& Azo in ſumma de bon.liber.cum hic innumere inducebat dominus domini mei legem quæ non multum facit,liberis patroni debetur reuerẽtia in infinitum,dicã verum eſt iura reuerẽtiæ de quib⁹ loquitur lex illa: vnde nõ ſequitur iura re-

ueren

uerentiæ debentur liberis patroni in infinitum, ergo iura successionis: modo sequitur. Sequitur in litera. itaque ibi dicitur quòd proximior patronus primò admittatur ad successionem liberti, vt ff. de leg. tu. l. tutela. §. si duo. vnde admitteretur frater patroni ante filios alterius fratris, voluit dicere hoc esse correctum. ita erat olim ꝙ filij fratrum non veniebant simul cum fratribus, hodie hoc est correctum, vt in authē. vt fratrum fil. & in authen. de hæred. quæ ab intesta. deferun. §. reliquum. sed ibi loquitur de successione iuris agnatorum nō de iure patronatus.

Sed hæc de iis &c. Ibi dicitur quòd dedititia libertas & Latina hodie sublata est. Latina libertas erat quia aliquis tempore vitæ suæ erat liber in morte sua in extremo vitæ suæ spiritu libertatē amittebant, & sic non habebāt hæredes, sed hodie ista Latina libertas est reprobata: sed ecce eam approbant: quia habent manum mortuam, & hic idē est.

De aſsignatione libertorum. Rub.

1 *Dominus feudi potest assignare vasallum potentiori dummodo conditio assignationis non fiat deterior, alias non potest sine consensu vasalli.*

2 *Maritus obligatus de dote restituenda potest alij delegari inuitus si non fiat eius conditio deterior.*

IN *summa quod.* §. idem est ergo. Assignare est exprimere vel protestari verbis, vel scriptis, vel nutu cuius velit quòd sit libertus vt infrà eodem. §. vltra expresse ea. l. prima. circa principium. Ad quid valent

valent ista iura. Ecce casus in terminis, ego promitto assignare tibi centum libras terræ: do fideiussores quòd in tali loco capiat: nunquid sunt liberati fideiussores? ista iura dicunt quòd sic: licet non sit terra tradita ex quo verbaliter est assignata. Item nota quòd libertas potest assignari vnde libertum non posset delegare extraneo: vt ff. de condi. inde. l. sed non sortem. §. libertus.
1 † hunc vasallum volo vel homagium transferre in alium, iura ista sint. j. arg. quod non possem in extraneũ, sed possum assignare vni filiorũ. Dominus domini mei distinguebat in ista quæstione, aut dominus feudi vult assignare vasallum suum potentiori, & sic non fiet deterior conditio assignationis. Erat quidam comes, vult assignare vel transferre homagium suum in regẽ: quia vult dare regi potest, sed si dominus erat quidam comes & vult dare cuidam simplici militi, & sic est cõditio assignati deterior: quia erat homo comitis, modò esset homo cuiusdã militis, non
2 pôt hoc facere sine cõsensu vasalli* Lex dicit † maritus est obligat⁹ vxori de dote reddẽdã, vxor vult eum delegare alij, cogiturne pati maritus se delegare? Dicitur quod sic, nisi sit conditio eius deterior propter delegationem. Iste casus est. ff. sol. matri. l. ij. quòd melius sit habere maiorem dominũ habet, in authen. de defen. ci. §. audient quoque.

Vnde quærebatur. Quòd si filio in potestate fiet assignatio liberti, si post assignationem sibi factam emancipetur, euanescit assignatio. Contra quia filio emancipato potest fieri assignatio: ergo si emancipatio non impedit assignationẽ contrahendam,

* Sine consensu vasalli. Adde an vasallus ad petitionem domini cogatur fidelitatẽ promittere alteri, Bal. in cõsi. ccxcv. in primo vol. q tenet ꝙ inuito vasallo domin⁹ nõ possit delegare duobus casibus exceptuatis, de quib⁹ ibi vide. & Ro. cõsi. xxv. per eũdẽ bal. cõsi. cclxxxvij. in iij. vo. Cy. in l. j. C. de nouat. Ia. de Aret. in l. ij. in prin. ff. solu. matri.

multò fortiùs nec impediet iam contractam.arg.ff. qui sunt sui vel alieni iuris.l.patre. Et ꝙ emancipato possit fieri assignatio, habetur. ff.e.l.imò soluit Placen.ad istud contrarium insequendo imò dicit Placen.imò aliquid impedit iam cōtractum possit assignare libertus.cum enim in illa l. nūquid filio existenti in potestate vel filio emancipato possit assignari libertus?respondent ꝙ sic,intellige dicit Azo,referri rationem illam affirmatiuā ad filium qui erat in potestate nō emācipatum.ad arg. Placē. de l.nō distinguemus.§. promisso dicit Azo, nō est verum ꝙ sacerdotium superueniens impediat arbitrium susceptū,sed excusat vt cogatur arbitriū: sed si postquā est quis sacerdos,& in se suscepit nō excusatur quin cogatur arbitrium:quia in necessitate illa se posuit vtrum non est subueniendū arg. ff.si quis cau.l.in hoc.non sunt alia &c.

De bonorum possession. Rubri.

1 *Bonorum possessio quid sit.*

2 *Bonorum possessio est nomē iuris,& possessio bonorum est nomen facti.*

3 *Verba promittens iudicatum &c.quid operentur.*

4 *Nomina & verba transposita quando non idem significent.*

5 *Verba si pretium non solueris tali die,res sit inempta quid operentur.*

6 *Bonorum possessio ad quid fuit introducta.*

7 *Bonorum possessionis plures species.*

8 *Bonorum possessio qualiter hodie obtineatur.*

Et an

Et an sit sublata solennitas verborum quibus petebatur bonorum possessio.

9 *Bonorum possessio quæ olim & quæ hodie est necessaria.*

1 *IVs bonorum possessionis.&c.* † Videndum est quid sit bonorum possessio,& quot sint species seu differentiæ bonorum possessionis & quæ bono. posses. olim erant necessariæ & quæ hodie,& quomodo obtinetur bonorum posses. Hodie bono. posses. est ius retinendi vel prosequendi patrimonij siue rei quæ cuiusque fuerit cùm is moritur.ff.de bono.posses.l.iij.§.bonorũ igitur.Sic hæreditas est ius prosequendi patrimonij,& cuius fuerit cùm is moritur:vt ff.de verb.signi.l.hæreditas.ff.de regulis iuris.l.nihil aliud est.Dico quòd ęquiuocè sumitur hoc nomen ius in vtraque diffinitione hæreditatis. hæreditas est ius ciuile,sed in bono.posses.diffinire bonorum posses.est ius prætorium &c. Bonorum igitur possessio est ius possidendi retinẽdi quia &c. Ista diffinitio competet bono.posses.decretali non edictali:vt j. videbis ad minus vi bonorum raptorum.

2 Primò † sciendum est,bonorum possessio nomen est iuris, & possessio bonorum est nomen facti, vt ff.de acquirenda posses.& non corrigit quod ius ciuile non admittebat:quia erant sibi incogniti:vt s. de hæredit. quæ ab intestato deferun.§. emancipati. quandoque corrigitur ius ciuile. l.prima.§.adipiscitur.& lege tertia circa principium sic dicunt esse differẽtiam.Robertus magister dicitur in

arte mathematica,& magister Robertus dicitur in arte liberali. Dominus domini mei improbat procuratorium,de vi verborum,dicitur in procuratorio † sic, talis constituit talem procuratorem dans 3
ei plenariam potestatem &c.promittēs pro eo soluere iudicatum,non erat iudicatum solui, dicebat ipse,verbum iudicatum solui,est verbũ iuris, ideo habet non tantùm vim verborum,sed habet interpretationem: vnde iudicatum solui verbum iure tria significat,illud quod verbum sonat, & hoc de vi verborum solui, item significat alia duo, defendere,& dolum non committere & hoc habet interpretationem:sed soluere iudicatum non est verbũ iuris:vnde solum significat quod verbum sonat,nõ significat alia duo quæ significantur per interpretationem iuris:vnde solum est cautũ de hoc quod verbum sonat & sit sufficiens tale procuratorium repellendum.Pro sua sententia inducit istã distinctionem.Bonorum posses.est nomen iuris,pos. bonorum est nomẽ facti. In hac parte non habet locũ quod dicitur,† nomina & verba transposita idem 4
significant.& per hoc inducebat legẽ,lex dicit,vendidi tibi rem sub pretio legis cõmunis, vendo tibi rem pro tanto †,& si pretium non solueris tali die 5
res sit inempta.Ista verba,& si pretium non solueris,tali die, res sit inempta, sunt verba iuris, vnde hunc habet effectum ꝙ si ad diem pretiũ soluatur, quod trãsfertur dominiũ ipso iure sine aliquo alio facto in principio:sed non sic esset si dixisset venditor,pretio non soluto ad diem res ad me redibit: quia ista verba non sunt verba iuris .Hoc est quod proba

probatur.C.de pactis.inter empto. & vendito.l.iij. Hoc non approbo,ſed dico procuratorem admittendum.ego reperio legis verba vbi ſunt iſta verba,ſolui iudicatum:vt ff.de præto.ſtipu.l.ij.& dico quòd de vi verborum habet ſolui iudicatum hæc tria:quia qui promittit ſoluere iudicatum, promittit ea ſine quibus hoc eſſe non poteſt:niſi dolus ceſſet,vel ſaltem cõmode non poteſt iudicari. Item ſi non defendit,iudicari non poteſt:vnde dico quòd de vi verborum ſignificantur hæc tria.argu.ad hoc ff.de iuriſ.om.iudi.l.ij.& ff.de procur.l. ad rem mo
9 bilem.& l.ad legatum.† Quæritur quare introduxit prætor bono.poſſeſ. Hæc lex reſpondet & dicit quòd prætor voluit ſupplere per quos ſucceſſores certiſsimæ deferebantur hæreditates non potuit ſcilicet bon.poſſeſ.introducendo.dicit glo.prætor introducit bonorum poſſeſ.emendando ius ciuile.Et fuit glo.Hug.& habuit rationem quæ apparebit inferiùs,verbi gratia,ius ciuile nõ vocabat emãcipatos,prætor vocabat emancipatos.& ſic emẽdat ius ciuile,& non corrigit:quia ius ciuile nõ admittebat nec repellebat:quia erant ſibi incogniti: vt ſ. de hære.quæ ab inteſta.deferunt.§.emancipati.quãdoq; corrigitur ius ciuile per ius prætoris,fœminę agnatæ vltra ſorores tantùm erãt cognitæ per ius ciuile ſed eas repellebat.ius prætoriũ admittit eas & ſic ius prætoriũ corrigit ius ciuile &c.vt ſ. de le. agna.ſucceſ.§.ſed quia.Dico quòd eodẽ modo corrigit in emãcipatis,vnde illa fuit gl.Hugonis,quòd in emancipatis ius prætoriũ emendaret ius ciuile non corrigeret.Hugo voluit dicere ꝙ emancipatio

erat de iure prætorio,& non de iure ciuili: & hoc falſum eſt viuo emancipato eſt actus ciuilis, vnde verũ eſt quod edictum de capitis diminutione eſt de iure prætorio,ſed emancipatio eſt de iure ciuili:vt s.de leg.agna.ſucceſ.§.vlti.vnde bene erant cogniti emancipati,ſed erant incogniti quo ad cõmodum ſuum,vnde bene habebat ius ciuile emancipatos natos,ſed nõ ad bonum ſuum cantabat eiſdem virginibus.† Quæritur quot ſpecies vel differẽtiæ 7
bo.poſ.ſunt?Multipliciter diuiditur bono.poſ. hic eſt prima diuiſio, alia edictalis alia decretalis. iſtæ differentiæ vnde reperiuntur in omni capite bon. poſ.continet ſub ſe omnes ſpecies bono.poſſeſ.verba iſta edictalis & decretalis & non intelligamus quid eſt bono.poſſeſ.edictalis.Quidam volunt dicere quòd bono.poſſeſ.edictalis eſt promiſsis vel pollicita decretalis.vnde ſecundum eos decretalis ſunt vna & eadem poſ. pollicita & data ſeu decreta in edicto prætoris mortui:ergo edictalis eſt bo. poſ.pollicita pollicetur prætor quia ſi eum & edicta l.legum adeat filius decernet ei vnde liberi. ad hoc ſunt argu.in titu.iſto,pluries dicit litera pollicetur prætor.hoc nõ placet: & quia hoc ex inferioribus apparebit. Alij dicunt edictalis & decretalis ſic differunt ſicut efficax & inefficax.vnde ſicut reſciſſoria ante reſtitutionem eſt inefficax,ſed per reſtitutionem influat in eam prætor viuus ſpiritum vitæ,id eſt efficaciam:ſic eſt hic,quia edictum prætoris mortui cõpetit filio bon.poſ. vnde liberi inefficax quæ opera prætoris viui viua ſunt, prætor viuus per officiũ ſuũ reddit ei vitã,dabit ei efficaciam,

ciam,vnde edictalis & decretalis est eadē inefficax & efficax. Isti qui sic dicunt,ponūt ꝙ mortuo eo in cuius bo.pos.cōpetit ille cui cōpetit bon.pos.habet omnia iura inefficacia & habent leges per se: quia dixit lex ꝙ si iste agat ante sibi decretā bon. posses. expellitur exceptione,sed exceptio est actionis exclusio:ergo ante habebit accusationē & ius licet inefficax. Hoc est quod probatur ff.de excep.l. excep. ver.fina.ca.illo dico ꝙ nullū habet ius in bonis,nec efficax ante decretā bon.pos. Quid ergo dicemus? Nunquid ergo bon.pos. edictalis acquiritur ignoranti? Dico quòd sic: ideo sic nō cōcedere,sed dicit offertur bon.pos.sicut pomū offertur volenti recipere. Dico quòd imò acquiritur ignoranti sine petitione aliqua. Item nota dicit gl.idē est decretū & decretalis. dico quòd falsum est. Et sicut bono. pos. edictalis & edictū sunt duo,sic decretum & bo.pos. decretalis. Decretū est iussus iudicis,ius quæsitū ab eo est bo.pos.decretalis. Sic edictū & bo.pos.edictalis sunt diuersa. Bon.pos.decretalis est ius quo potest peti decretalis. Prætor mortuus dicit,liberi habeant vnde liberi,ex illo edicto ius cōpetit liberis petēdi decretalē. Lex dicit,bo.pos.decretalis nō potest repudiari:quia nō cōpetit antequàm sit decertatio;sed bene repudiatur:quia ius quod habebant amittatur,habuit ante decretū nisi ius petēdi: vt ff. de suc. edicto. l.j.§. qui semel.& §.edicta. edictalis hodie nō habet locū:quia non decernitur bonorū posses.sed tantùm agnoscitur ille cui est delata bonorum possessio,adit iudicem & agnoscit eam coram quocunque iudice , vt C. qui admitten. ad

bono.poſſeſ.l.vlti. Hoc eſt verum de ordinariis & de vij.extraordinaria in illis vij.ſufficit agnoſcere: vnde hodie diceretur bonorũ poſ. agnitionalis ab agnoſcendo,vel iudicialis à iudice corã quo agnoſceret:& non diceretur decretalis vt olim:quia nõ dicerent vt dictum eſt.& hoc in illis.vij. bono. poſ. quæ tribuunt ius,ſed decretalis in illis quæ nõ tribuunt ius haberet etiã locũ hodie. Vides ergo iſtas differentias:quia bon.poſ.olim alia decretalis, alia edictalis.hodie alia edictalis,alia agnitionalis, vel iudicialis,nõ dicemus decretalis,niſi ĩ illis quæ ius nõ tribuũt.Ecce aliæ differentiæ bon.poſ. alia ordinaria,alia extraordinaria.ordinariæ ſunt vj.extraordina.Dicendũ eſt,vno modo dicitur extraordinaria:quia nõ habet ſedẽ certã,vel certũ ordinẽ in edicto,ſed vagatur:quãdoque cõpetit ex teſtamento,quãdoque ab inteſta.& tribuit ius vt ĩ. eo.§. vij. quãdoque in alia ſignificatione habetur dicitur extraordinaria,ſcilicet,quia non tribuit ius.Illę quæ tribuunt ius decernũtur cum cauſæ cognitione:ſic ſeruatur ordo in decernendo:ſed aliæ quæ nõ tribuunt ius,decernũtur ſine cauſæ cognitione:ideo dictæ vocantur extraordinariæ & ſunt tres Carbonia.quæ datur filio impuberi q patitur quæſtionẽ ſtatus:quia dicitur nõ eſſe fili⁹ defuncti tribuit ius in poſſeſsione:vnde in proprietate aliquo tẽpore ille qui impetrabat Carbo.ſi vult ius in proprietate,oportet quòd impetret ordinariã: vt ff. de Carboniano edicto.l.iij.§.poſſum.& §.vltimo.Alia quę datur ventri,illa nõ tribuit ius nec in proprietate, nec in poſſeſsione vera:vnde ſolum habet detẽtionẽ affu

nem aſſumá mulier.C.in illa in poſſeſsione nomine ventris,vt ff.de acquir.poſ.l.j.in fi.Tertia nec tribuit ius in proprietate nec in poſſeſsione vera nec in detentione,ſed ſolũ facit vt filius agnoſcatur in querela.ff.de inoff. teſta.l.ij.& l.Papinianus contra ventré circa princ.dicunt ergo ꝙ vj.ordinariæ tribuunt ius in poſſeſsione,& in proprietate eſt ſeptima extraordinaria,ſed nõ aliæ tres.ſed ꝙ per iſtas vij.nõ acquiritur ius in poſſeſsione approbo multò fortiùs omnino decretum bo.poſ.tribuit idem aditio hæreditatis vt ff.de regu.iuris.l.prætor.ſed per aditionem hæreditatis nõ acquiritur poſ.vt ff. de acquiren.hære.quod hæredes.ergo per illas vij. bo.poſſ.concedo concluſionem vnde per bon.poſ. ordi.non habetur poſſeſsio,ſed occaſione eius habetur:quia decreta eſt bono.poſſ.per quam ius hodie agnita ſequetur miſsio corporalis,& ſic primò quæritur.vel poſſum ſic dicere per illas bono.poſ. haberetur ius in proprietate, quo interueniente poſteà habetur poſſeſsio corporalis.Eſt alia diuiſio bonorum poſſeſsio in decem ſpecies quæ numerátur hic.Diuiſio ante bo.poſ.tribuit ius in poſſeſsione & in proprietate diuiditur in ſex ſpecies,ex teſtamento ſunt duæ bo.poſſ.contrata.& ſecundum contratab.non eſt ex teſtamento,ſed pro tanto dicitur ex teſtamento:quia habet locum facto teſtamento:nõ quia ex teſtamento procedit,imò immittitur cõtra teſtamentum,vt ff.de bo.poſ.cõtrata.l. ꝙ vulgo.& iſta bo.poſ.contratab.datur liberis prę teritis & ſuis emãcipatis.gl.facit hic difficillimum arg.Et oſtẽdit ꝙ filio ſuo,hoc eſt,filio in poteſtate,

non poteſt dari contratab. Quia teſtamentum in quo filius ſuus eſt præteritus nullum eſt ipſo iure contratab.rumpit teſtamentum:ſed quod nullum eſt,rumpi non poteſt,vt ff.de iniuſto rupto teſtamento.l.nã & ſi.gl.reſpondet duobus modis vt apparet:vno modo ſic qd nullum eſt,rũpi non poteſt, ſed non eſt nullũ iure prętorio:ideo illo iure rumpi poteſt per bon.poſſ.contratab.Per hoc glo.vult dicere ꝙ teſtamentum in quo ſuus eſt præteritus nullum eſt iure ciuili,& eſt aliquod iure prætorio: ſed certè hoc eſt falſum, imò neutro iure eſt aliqd iure prætorio:ſed certè hoc eſt falſum,imò neutro iure eſt aliquod iure ciuili. Item ex eo non poteſt peti bono.poſ.ſecundum tabu.ergo non tenet iure prætorio.Alibi reſpondet gl.ſi eſt nullum ipſo iure verũ eſt ſi hoc vellet allegare filius præteritus, aliâs non:ſicut contractus bonę fidei cui dedit cauſam dolus nullus eſt ipſo iure,ſi hoc vellet allegare dolum paſſus,aliâs non dico quòd imò:& ſi velit filius ſuus præteritus quòd teneat, nullum eſt: vnde non eſt nullum ſub conditione,ſcilicet,ſi velit dicere nullum,imò nullum eſt ipſo iure,ſed tenet ex bono & æquo vt ff.de iniuſto teſtamento.l. filio.Quid ergo dicemus? Dico nullum ipſo iure, ſed poteſt conualeſcere:vnde quia cõualeſcere poteſt quia non eſt nullum ſine ſpe conualeſcentiæ: ideo introductum eſt vt poſsit peti cõtra illud bonorum poſ.contratab.cùm non rumpatur prorſus ſine ſpe conualeſcentiæ. Quærit glo.nunquid iſta bonorum poſ.contratab.detur aſcendentibus?Dicit ꝙ ſic.arg.ff.ſi à pa.quis fu.ma.l.j.& argumẽtũ de

cura.

cura.bono.dan.l.fi.verũ eſt aſcendendò per ſexum maſculinum,ſed aliis aſcendendum per fœmininũ ſexum datur querela,vt ff.de bonorum poſ.cõtra-tab.l.illud.§.ad teſta.argu.ad iſtam.l.ff.de inoff.teſtamento.l.nam & ſi parentibus ab inteſtato. Sunt quatuor vnde liberi quæ dantur liberis in bonis aſcendentis per lineam maſculinã,in bonis aſcendentium per lineam fœmininã.Alia eſt vnde agnati,&appellatur vnde legitimi:nam agnati legitimi: ſunt, vnde legitimi ſumuntur dupliciter,vno modo per vnde agnati, alio modo per vnde legitimi ſuccedit quicunque ſuccedens per ſe.cõſu.vel per legẽ nouam per ſenatuſcõſul.nati ex filio & patronus per legẽ xij.tab.quicunque ſit ſuccedẽs qui nõ habet certum caput in edicto prætoris, patronus nõ habet vnde agnati alia eſt vnde legitimi & eſt generaliter:quia bene cõpetit agnatis,& aliis quibus nõ competit vnde agnati:& fortè cõtinet ſub ſe ſeptimã extraordinariã.Hoc eſt qđ probatur.ff. vnde legitimi.l.ij.§.vltimo.& l.iij.eſt vnde cogna. l.rub.Item vnde vir & vxor.C.vnde vir & vxor.l. vnica.Videndum eſt nunc de ſeptima bonorũ poſ. vij.habet locum duobus concurrentibus:quia ille cui competeret habet eam ſibi nominatim delatã à lege,vel à Senatuſcõ.& quòd nõ poſſet ſuccedere per ius ciuile,aliâs non haberet iſtam,ſed haberet bonorum poſſ.vnde legiti.& eſt genus ad iſtam vt ff.vnde legiti.l.iij.da exempla de iſta ſeptima:Dico quòd competit tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato.Ex teſtamẽto eſt exemplũ.lex dicit,ſi mater grauida filios ſuos hæredes inſtituiſſet,de partu nihil

nihil dicit,decesſit in puerperio,ille partus ſuccedet æqualiter cum illis inſtitutis in teſtamento,vt C.de inofficioſo teſtamẽto.l.iij.Ab inteſtato exemplum eſt,Quidam fuit translatus per l.de linea cogna.in lineam agnatorũ,vt filij nati ex filia,& quidam alij,vt ſ.de legiti.agna.ſuc.§.hoc etiã.Iſta exẽpla reprobantur hic in glo.quæ exiguntur,dicit gl. ad hoc vt habeat locũ iſta ſeptima bonorũ poſ.ergo ponit ſic exemplum.Poſthumus alienus inſtitutus non ſuccedit per ius ciuile,vt ſ.eodẽ circa principium.Iſtud exemplum non valet: quia ſi quæris quomodo poſthumus alienus inſtitutus ſuccedat, aut loqueris iure nouo,ſuccedit tanquã hęres,ſi de iure antiquo,ſuccedit per bonorum poſ.quam dat ei prætor non lex,vt ſ.eodem §.j.& ſ.de leg.§.poſthumus hic variare & ſe inquantũ not.ſ.proxi.iiij. car.Ecce alia exempla dicit gloſ.exiguntur duo,vt detur iſta bonorum.poſſ.videlicet,quòd deferatur nominatim per legem & illi cui defertur de iure ciuili nõ poſsit ſuccedere,vt ff.vnde legitimi.l.iij. & ff.de leg.& ſe.l.iſta ex teſtamento ponit exemplũ ſi pater mortuus fecit teſtamẽtum in quo me inſtituit,capitur ab hoſtibus,& ſic confeſtim fit ſeruus, ſecundum veritatem de iure ciuili nõ valet teſtamentum:tamen lex Corne.fingit ipſum mortuum prima hora captiuitatis,& datur mihi bonorũ poſſeſſ.per l.Corneliam.& hoc ex teſtamento.Exemplum ab inteſtato in eiſdem terminis,Pater meus moritur apud hoſtes,& fit ſeruus de iure ciuili nõ habet hæredem:quia ſeruus,tamen per l.Corneliã ei ſuccedo,vt ff.de teſta.l.Cornelia.de bonorũ poſ. l.iij.

l.iij.§.sed eius.Dicit Iaco.exempla ista non sunt ad propositum,oportet quòd ille cui defertur ista septima bonorum poss.sit in totum de iure ciuili.Iustis exemplis si succedit filius patri mortuo apud hostes filius nõne ipse cognitus de iure ciuili.ecce ergo dicit ipse exempla in quibus residebimus,Pater habet filium emancipatũ,moritur apud hostes pater, filius emancipatus habebit bonorum poss. Vel sic,Pater tuus fecit testamentum,in quo testamento emancipatum instituit,vel præteriit,tempore testamenti eras captus apud hostes,tu reddes habebis bonorum posses.secundum tab.vel cõtratabu.sed quod fuisti institutus vel præteritus & Iacob.nõ mutat exempla,nisi quod illa exempla quæ posuit gloss.in filio ipse ponit in emancipato filio. vnde iste filius emancipatus qui reuertitur nõ succedit per legem Corn.nec per ius postli.cum sit incognitus de iure ciuili:quia emancipatus habet bonorum poss.quæ est extraordinarius.arg.l.ff.de bonorum pos.l.iij.§.si eius.Hoc non approbo multũ, aliquis potest esse cognitus super vno accedẽte & incognitus super alio ius postlim.vnde cognoscit omnem captum inquantum captus,tamẽ omni capto dat ius postliminium vt per eundem ac si semper fuisset in ciuitate:vnde non dat hæredem, & licet sit incognitus videtur postli. inquantum est emancipatus inquantũ est captus cognitus vnde illo.vnde nec exempla.glo.sunt boni vnde gloss.reprobo,vt Iaco.extra glo.reprobo alia ratione debent dari exempla vbi.l.deferunt hæreditatem ius postliminij fictione Corneliæ nõ deferunt hæreditatem

tatem ſed remouet obſtaculum:quare prohibetur mortuus apud hoſtes hæreditatem habere:quia ſeruus moritur. Lex Corn.fingit ipſum mortuum prima hora captiuitatis:vnde remouet impedimentũ, ſed non habet tamen eo iure quo hæres ſi non eſſet captus numeratæ.l.Corn.vel poſtliminio.vbi ergo ſunt exempla,teſtator paſſus eſt minima capitis diminu.& ſi teſtamentum irritatũ eſt deinde inuenire ſui iuris dicit.l.ex teſtamẽto habet bonorũ poſ. & ſic non poſſe ſuccedi per ius ciuile ex iſto teſtamento datur bonorum poſſ.hæredi.ſcripto à lege. & ſ.quibus modis teſta.infir.§.nõ tantũ.Ad idẽ eſt. ff.de iniuſto rupto teſtamen.l.poſthu.& eodem tit. l.filio.Non auſus ſum dicere quòd iſta exẽpla ſunt bona,quia in exemplis iſtis ſuccedit per bonorum poſſ.ſecundum tabu.& nõne illa eſſe ordinaria,dico quòd extraordinaria poteſt eſſe ſecundũ tab.illa quam dixi nõ doctrina per eandem illud ſed per l.ſpecialem quæ defert eam.Aliud eſt exemplũ,aliquis eſt inſtitutus ſub cõditione,ea pendente non poteſt adire hæreditatem,ſed poteſt petere ſecundum tabu.& ſic nõ poteſt ſuccedere per ius ciuile, & habet per bonorũ poſſeſ.ſecundum tab.vt ff.de bonorum poſſ.ſecundum tabu.l.j. æquiſsimum.§. in ſub conditione,ſed credo quod hoc ſit per edictum ord.nõ per l.vnde credo ꝙ illud exemplum ſecundũ nõ ſit bonum,quòd bo.poſ.deferatur per ſe.cõſul.nõ bo.poſ.vnde leg.vt ff.vnde leg.l.ij.venden.habemus exempla de illa ſeptima poſſeſ.ſecũdum qđ defertur hæreditas per illa ſe.cõſul.vnde dicit lex iſta ꝙ habet locum iſta ſeptima ſi contingit

git quod deferatur.l.vel senatuscon.forma vel senatusconsul.quæ sunt in Græco. † Quæritur tunc
8 qualiter obtineatur hodie bono.poss. Dico ꝙ sola agnitione corã quocunq; iudice cõpetenti,siue pedaneo siue alio,sine solẽnitate siue cognitione causæ,siue dicat interponere,& hoc est verum in illis qui ius tribuũt,vt hic probatur.C.qui admit.ad bono.pos.l.vlti.Quidam dicunt ꝙ solennitas verborum quibus petebatur bonorũ pos.est sublata.sed adhuc exigitur causæ cognitio.& additur iudex in testimoniũ rei gestæ: qa iudex facit redigi in actis: & si dubitaretur postea litem agnouisse probaretur per acta iudicis.Ad hoc est arg.ff.de testi.l.Cornel.C.de testa.l.omnium.Dicũt quidã ꝙ plura verba vt apparet vnus contradictor dicit ipse nõ agnoscet.Hoc nõ potest dicere ad l.in contrariũ.Dicendum ꝙ loquitur quando petit quis ꝙ mittatur in possessionẽ,si appareat legitimus cõtradictor potest impedire,sed si agnoscat quis non potest impedire:quia multi possent simul agnoscere & intentionem actionũ vtiliter apparebit quis est melior: vnde cũ aliquis agnoscit nihil petitur,nec libellus datur,nec aliquid fit in alterius prẹiudicium:vnde
9 ad quid impeditur cõtradictio.†Quẹritur quẹ bo. pos.est necessaria olim,& quẹ hodie.Bon.pos.cõtra tab.necessaria est emãcipatis olim & hodie suis prẹteritis est pernecessaria & hodie & olim,vt C.de liber.prẹte.l.vlti.Quidam dixerunt hoc correctum: quia hodie sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis.authent.de hæred.quæ ab intestato.§.nulla. & si sint sui possunt dicere ipso iu-

re

re nullum ſicut emancipati:& ideo non eis eſt neceſſaria bonorũ poſſeſsio contratab. Sed dicendũ quòd tollitur differẽtia per illam authenticam.in ſuccesſionẽ ab inteſtato apparet per rubricam ſed nõ ex teſtamẽto ſecundũ tabulas.nec olim nec hodie,nec olim fuit neceſſaria:quia inſtitutus de iure ciuili poteſt adire niſi in tribus caſibus qui his legibus cõtinentur.ſ.quibus modis teſtamẽta infirmẽ. §.ſi tamen.ff.de iniuſto rupto & irrito teſtamẽto.l. poſthu.ff.de ſecun.tabu.l.ſi ſub conditione.his tribus caſibus eſt neceſſaria vnde liberi, olim erat neceſſaria quę dabatur emancipatis,hodie nõ:quia ſublata eſt differentia patriæ poteſtatis & emancipationis vt in authentic.de hære.quæ ab inteſta.§. nullam.vnde agnati nec olim nec hodie eſt neceſſaria:quia de iure ciuili ſuccedere vnde legitimi non neceſſaria:quia cõpetit omnibus qui poſſunt ſuccedere per l.& ſic de iure.vt ff.vnde legit.l.ij.§.vlti. vnde cognati olim fuit neceſſaria,hodie nõ:qa cognatus de iure ciuili poteſt ſuccedere ſicut & agnatus:quia ſublata differẽtia agnationis vt in authẽ. de hære.quæ ab inteſt.deferuntur.§.nullã.vnde vir & vxor olim & hodie eſt neceſſaria:vt ff.vnde vir & vxor.l.vnica.vij.eſſet neceſſaria olim & hodie, & ſic vides de aliquib⁹ quæ nõ ſint neceſſariæ nec olim nec hodie.Dico ꝙ omnis bonorũ.poſ.olim & hodie eſt neceſſaria.Pone ſum hæres inſtit.ſum minor.xv.ann.poſtquã ad annũ perueni,peto in inte. reſti.vt liceat abſtinere,penes me remanẽt iura abiecta,vtilia à me recedũt quęcunq;,dicetur addidi vel ſubſtitui,vel proxi miore ab inte. Dico ꝙ amitteret

teret iure prætorio pro bon.poſ.quia per ius ciuile remanet heres:ergo impoſsibile eſt aliũ habere directa:ergo quicunque aliâs amittatur, habebit vtiles tantùm. Hoc non eſt per ius ciuile:ergo hoc eſt per bon.poſ.& ſic intelligo.l.ff.de mi.l.ſi ſine.§.papi.licet videatur contrarium dicere, vbi dicit prętor vt adeat aut bo.poſ.petat:quia aliud non poteſt facere hæredẽ, vt C.eod.tit.§.quos autẽ. Item filius ſuus hæres erit velit nolit, ſed poteſt abſtinere per prætorem, vt C.de hære.quali.& diffe.§.his permittitur. vnde remànent ſibi iura directa, quandoque admitteretur, poſteà admitteretur per bonor.poſ.quia ſuus remanet hæres de iure ciuili: quia prætor per quem abſtinuit (vt dictũ eſt) nõ poteſt facere ꝗ deſinat eſſe hęres. vnde eſſe hodie bo.poſ.eſt neceſſaria.

De acquiſitione per arrogationem. Rubrica.

1 *Operæ quæ ſint quæ tranſeant ad arrogatorem, & quæ non.*

2 *Ius petendi bonorum poſſeſſio. an admittatur arrogatione.*

Est & alterius generis, &c. Iſto & aliis duobus modis qui traduntur viuo, vnde per arrogationem ſucceditur viuo ſimiliter duobus modis vltimis vltimo titulo. Sed iſti duo vltimi modi ſublati ſunt. Item in libera Latinitate amore ſerui alieni non erat verum:quia ſucceditur viuenti;quia ipſe non reprobatur viuens:quia efficiebatur ancilla & ſit mor-

tua:quia seruitutem mortalitati cõparamus, vt ff. de reg.iur.seruitutẽ.sed illis qui arrogatus est succeditur viuo,sed mortuus est quo ad familiam, & ista iura de arrogato sunt quæ magis sunt vicina ad ea quæ sunt de monacho.Dicitur hic omnes res corporales,& incorporales ipsius arrogati transeunt ad patrem arrogantem,sed an bonorũ posses, transit ad arrogatorem?Dico quòd sic:licet ad hæredem non transeat ante apprehensionem,vt ff. de acquir.posses.l.cùm hæredes.tamen ad arrogationem transit possessio quam habet arrogatus verò apprehẽsa,& sic dicam in monacho.Hoc est quod probatur ff.de preca.l.si adoptauero.ver.apprehensa,& per hoc etiam lex illa dicit corporalis res & incorporalis. Dicit litera quòd operæ nõ transeũt in patrem arrogatorem,dicit glo. verum est operę quæ consistunt in faciendo,quæ non transeunt ad extraneũ hæredem.vt C.de ope.liber.l.liberti.quia ergo non ad arrogatorem,dico quòd illa lex non loquitur de hoc quod non loquitur iste titulus de obsequiis:& aliud est obsequiũ aliud est operandum,aliud est titulus de obsequiis,& aliud de operis,vt apparet in C. † Item dicit glo. operæ incertæ quę consistunt in faciendo,quas dicunt fabriles, non transeunt ad arrogatorem,vt C.de ope. liber. si operarũ.& ff.de ope.libert.l.fabriles. Dico quòd officiales siue certæ non transeunt ad extraneum, sed artificiales quæ consistunt in artificio transeũt ad extraneum.* vnde dico quòd officiales quæ dicuntur operæ propriè sumpto nomine operæ consistunt in officio diuino non transeunt ad hæredem

* Transeunt ad extraneũ. Et quę transeant ad hæredem hæredis & etiam ad extraneos vide de Bart. in l. indebitũ autem.§.libertus.col.fi.versi.Sexta differentia. ff. de condi.indeb. Aliquid de materia vide per do.Ias.in l.j. xiij. colũ. versic. tertio principaliter ff.de leg.j.

dem extraneũ,sed artificiales quæ transeunt in artificio sic,vt ff.de ope.libert.l.fabriles.& sic loquitur.C.eod.tit.l.compe.mu.Ille titulus loquitur de obsequialibus per obsequium non opera dicunt ipsi tua genera operarum, non sunt nisi duæ officiales & artificiales:& differentiam inter officiales & artificiales habes.ff.de legatis tertio.nisi duæ officiales & artificiales.l.lega.seruum.§.sic efficit.Dicit litera quòd ius agnationis non transit ad arrogatorem:quia agnatio minima capi.dimi. tollitur dicit,& hodie est,vt §.mortuo.scilicet quòd per arrogationem amittatur agnatio: vnde vult dicere quòd amittatur ius agnationis per minimam capitis diminutionem.& hoc vult dicere glo.cùm dicit & hodie est,vt infra eodem.§.mortuo . Sed per ius authent. non amittitur ius agnationis per arrogationem:quia non amittitur iure agnationis: ergo nec agnatio:quia hodie non est differentia agnatio.& cognatio.vt in authent.de hære. quæ ab intesta.defe.§.ruinam.& sic videtur quòd retineat arrogatus successionem in bonis patris naturalis: quia remanet cognatus de adoptato non est dubium cùm detur in adoptionem alicui ex descendentibus,non extraneo.
2 † Item ius petendæ bonorum possessio.amittitur arrogatione.dicit glos. hoc est verum,sed illa delata bonorum posses. arrogetur non aditam bonorum posses.aliud esset si arrogaretur ea iam petita vel adita, vt ff. vnde liberi. l. fina,& ff. de bonorum posses. contratabul. l.iij.§.si emancipatus.Debet intelligi gl. bonorum pos. amittitur capitis diminutio. & sic cũ transeat

ad arrogationem quæ competebat ante arrogationem: sed de istis quæ non competũt vt liberi in contrab. in bonis arrogatoris non est verũ, vt dicit litera suprà, ideo & vsufr. hodie non amittitur minima capitis diminutione. nũquid ergo transit ad arrogatorem? Dicunt quidam quod non. quæ est signata. C. de bonis quæ liberis. l. cùm oportet. Potest dici & veriùs, quòd vsusfructus quantũ arrogatori omniũ rerũ quæ in proprio sunt patrimonio potest constitui vsusfructus abusiuè, vt ff. de leg. l. prima. & ff. vsufruct. earũ rerũ quæ vsu consumuntur per totum. Sic dico quòd nudæ proprietatis potest constitui vsufru. per abusum, licet non habeat vsufru. nuda proprietas. vnde actio quæ est res incorporalis potest constitui vsufruc. & hoc est multũ notabile ad quendam casum quem vidit dominus meus de facto. Cõsuetudo est in quibusdam partibus quòd vxor habeat vsumfructũ dimidiæ partis bonorũ mariti. Hoc supposito, duo fratres primus fit maior natu, moritur relicta vxore, & sic vxor habet dimidiã vsusfructus bonorũ. Et proprietas nuda pro illa dimidia est fratris superstitis: moritur iste frater, vxor sua habet vsumfructũ medietatis suorũ bonorũ cùm illa medietate quæ erat nuda vsufruct. moritur vxor primi fratris, & sic consolidatur vsusfructus cũ sua proprietate: vult habere vxor ista secundi fratris mortui vsusfructus in medietate illius medietatis cuius consolidatus est cũ sua proprietate. Responsum fuit quòd ista vxor non habebit vsumfruct. medietatis bonorũ: qui obuenerũt iure consolidationis: quia tempus mortis

inspic

inſpiciendũ eſt,vt ff.de bo. li.l.iij.in fine. dico viuò habebit dimidiam vſufruct.iſtorũ bonorũ poſſeſ. ponamus quòd nõ habebit maritus niſi nudã proprietatem,erat in poteſtate patris per conſuetudinem,debet habere vxor defuncti in dimidia bonorũ mariti mortuo marito.Dico quòd conſtituetur vſufruct.ſi abuſiuè immediatè iſtius proprietatis: abuſiuè dico quòd habere vſumfruct.rei eſt habere commoditatem rei:commoditas nuda proprietas nulla eſt donec conſolidetur vſufruct.cũ proprietate,vnde in caſu conſolidationis habebit vſufruc. dimidiũ.& hoc per conſtitutionem vſufruct.ſibi factã in proprietate nuda abuſiuè: vnde omniũ rerũ quæ ſunt in patrimonio noſtro poteſt conſtitui, vt ff.de vſufruct.& vſufruct. abuſiuè nudæ proprietas transfert proprietas in vſufructuarium, dummodo caueat de reddenda in genere caſu quò deberet vſufruct.amitti,vt probant themata.

Mortuo autem. Ibi dicit glo.quòd mortuo filio arrogato pater arrogator habet proprietatem bonorũ arrogatorũ,niſi ſint perſonæ quæ debent excludere eũ.Quæ ſint iſtæ perſonæ,dicit gloſſ.filius arrogati,& omnes illi quibus deferuntur bona arrogatis, ſi non dediſſet ſe in arrogationem:quia cũ dat ſe impubès in arrogationem, interponitur ſtipulatio quòd reſtituetur hæreditas his qui veniũt ab inteſtato,ſi decederet in pupillari ætate, vt s.de adoption. §.cùm autẽ.Hic dicit quòd niſi ſint perſonæ quæ debent præferri patri arrogatori in ſuccedendo.In illo §.cum autem.non dicit quòd illæ perſonæ ſunt hæredes de leg.ſed dicit quòd habent

actionem ex stipulatu contra arrogatorem. Dicit enim glo. quòd illę personæ succederent arrogato ex testamento, & ab intestato, saltem vtiliter: vnde bene actus ex stipulatu succedunt. & probatur hoc difficiliter. ff. de adoption. l. his verbis. Quæritur nunquid agnati & cognati huius filij arrogati vocentur vnà cum patre arrogatoris? Inducit l. quòd sic. in authen. de hæredi. quę ab intesta. dese. §. consequens. Ibi dicitur quòd fratres vtrinque coniuncti veniunt simul cum patre. Nónne dicit quòd illæ personæ quæ succederent ei si non esset arrogatus, succedunt ei si decedat in pupillari ætate? Sed nónne fratres, si non esset arrogatus, excluderent arrogatorem? Certè sic: ergo nihil est quęrere quòd veniant cum eo: quia fratres excludunt eum per legem s̃. de adoption. §. cum autem. De aliis duobus titu. dicit dominus meus extra glo.

De obligationibus. Rubrica.

1 *Obligatio quid sit, & de qua obligatione intelligatur eius diffinitio.*

2 *Obligatio est iuris vinculum, &c. id est, effectus vinculi.*

3 *Obligationis diuisio.*

4 *Obligatio quæ propriè dicatur ciuilis.*

5 *Obligationis singulæ species quo iure fuerint introductæ.*

6 *Obligatio naturalis oritur inter patrem & filium, inter dominum & seruum, vel inter fratres qui sunt in eadem potestate.*

Pœna

7 *Pœna dupli est inducta per legem duodecim tabularum, pœna quadrupli de iure prætorio.*
8 *Actiones an sint de iure ciuili, vel de iure gentium.*
9 *Vinculum duplex quando reperiatur in contractibus iuris ciulis.*
10 *Obligationes quomodo deducantur in esse.*
11 *Sententia quæ inducat obligationem, & quæ non.*
12 *Impensæ quando possint cõputari ab eo qui itinerando hospitatus est gratis cum amico, & eo reuerso vult computare cum domino an possit.*
13 *Diues dedit alicui multa; effectus pauper potest alium cogere vt ipsum alat.*

N*Vnc transeamus &c.* Ista rubrica potest continüari ad præcedentia tribus modis. Vno modo sic: Dictũ est quomodo aliquid fiat, vtrũm & hoc tam in rebus singularibus, quã etiã in his quæ nobis acquirũtur per vniuersitatẽ. s̃. de re. diui. cum titulis sequentibus. & s̃. de hære. quę ab intest. sequitur videre qualiter aliquid sit nobis dubiũ. Vel aliter, suprà de rebus eorũ enumerauit inter corporalia actiones & obligationes: cum igitur sit tractatum de aliis incorporalibus in præcedẽtibus, vt s̃. ti. de serui. vsufru. & hæredi. item de hæreditate: restat videre de obligat. & action. Sed quia obligatio præcedit actionem, cùm sit mater ipsius: idcirco præmittit de obligationibus: vel tertio ius. vt in glo. Circa tractatum de obligationibus sic procedo. Primo exponendo glo. sicut Iaco. quia sunt aliquantulũ obscuræ: vnde tractabo materiam obligationum. Dicit ergo litera. † Obligatio est iuris vinculũ. expo-

nitur iuris vinculum,id eſt,ius vinciẽs.Sicut enim boues funibus ligantur,ita & homines verbis obligantur,&c.Sed certè hæc expoſitio non eſt bona: quia obligatio non eſt vinciens,imò id quod reſultat ex facto quod vincit vel ligat cũ iuris vinculo ſecundũ quod in inferioribus apparebit. Sequitur in litera,quo ſcilicet, iure vinciẽte,nam ipſum ius vincit vel ligat ipſa. nam obligatione adſtringuntur alicuius rei ſoluendæ cauſa. & quod dicit rei legatæ largè intelligas,vt nomen facta tam corporalia quàm incorporalia apprehendit,& omnia quæ poſſunt in obligationem deduci,vnde rei nomen tanquã generaliſsimũ prætor elegit. ff. ſi cert. pet.l.j.ad fi. Sequitur,ſecundũ noſtræ ciuitatis iura.Verba iſta ſimpliciter exponũtur, vno modo ꝙ referantur ſecundũ quod dicit gl.ad totam diffinitionem.Melius diceret, ſi diceret ꝙ referentur ad hoc verbũ eſt ſecundũ,hoc eſt obligatio ſecũdũ iura diffinitur, obligatio eſt iuris vinculũ,&c. exponendo iſtam glo.nitetur reprobare ſic ſecundũ iſtã expoſitionẽ.innuitur hic ꝙ diffiniatur ſola ciuilis obligatio,quod falſum eſt,quod patebit: ſed certè iſta reprobatio nõ habet apparentiam. gl. enim ſic intẽdit arguere, obligatio diffinitur per ius ciuile: igitur eſt iuris ciuilis. Quæ argumentatio non eſt bona:multa enim diffiniuntur per ius ciuile, quæ non ſunt iuris ciuilis,imò fortè naturalis primęui, vel iuriſgen.ſ.de iure perſo.§.j.& ij. ſ. de iure natu. circa prin.vnde expoſitionem iſtam non reprobo. Alij exponũt & referũt iſta verba,ſecundũ noſtræ ciuitatis iura,ad illud verbũ adſtringũt.arg.ſecundum

dum nostræ ciuitatis iura,per iura ciuilia. Sed istã expositionem non approbo.nam secundũ hoc habet locũ ista expositio ꝙ diffiniretur hic illa obligatio tantùm quæ à iure ciuili introducta est, & habet efficaciam per ius ciuile:quod tamen contrariũ est,vt ĵ.subiicietur.vel expone tertio & quarto modo vt in glo. Querit glo.in primis quæ obligatio diffinitur hic.& ostẽdit inductiuè quòd nulla obligatio diffinitur:quia non est nisi triplex obligatio vt supponit,ciuilis,& naturalis,& simul iuncta:sed neutra istarũ diffinitur,ergo &c.De ciuili ostendit quòd nõ est nisi duplex ciuilis sola illa quę est semper sola,alia quæ est sola sed semper non fuit sola. Prima non diffinitur hic:quia ex illa non adstringuntur ex necessitate,vt patet in chirographo ante biennium. Si enim quis confitetur se recepisse pecuniam spe futuræ numerationis, ciuiliter obligatus est,& tamen agenti contra eũ ante biennium obstat exceptio non numeratæ pecuniæ.ĵ.de verb. obli.& C.de non numerata pecu. l.in cõtractibus.

Item nec illa quandoque habuit cõcomitantiã naturalis,vt est videre in eo qui cũ esset naturaliter & ciuiliter obligatus,si fiat sibi pactũ de non petendo,ipso iure tollitur naturalis,& remanet ciuilis sola.ff.de solu.l.Stichum.§.naturalis.Si ex ista ciuili agatur,obstat exceptio.ff.de pact.l.si vnus.§.pactus.ergo nec ista hic diffinitur: ciuilis igitur sola non diffinitur. Item nec sola naturalis probatur, nam non est nisi duplex naturalis quæ semper fuit sola,vt in pacto nudo in quo est naturalis obligatio secundum docto.ff.de pact.l.j. & ea quæ quan-

doque habuit concomitantias ciuilis:sed ex prima nõ agitur.ff.de pac.iuregẽ.§.quinimo.ff.de pact.l.legem.ergo cũ per eam non adstringamur ex necessitate,&c.non diffinitur hic.Item nec illa quę quandoq; habet concomitantiam ciuilis quæ per alium actũ ciuilem sublata est:nam nec illa habet efficaciam agendi quã ius repetitionem inhibeat.ff.de cõdictione indeb.l.Iulia.& l. iudex. Item nec vtraq; simul iuncta probatur, nam in Macedoniano & Velleiano est & circa ipsum exceptio obstat. ff. ad Velleia.l.si mulier in iure.& ff.de act.& obli.l.naturales.ergo ex illa simul coniuncta non obligatur aliquis cũ effectu:ergo nec simul hic diffinitur.Hoc est ridiculum dicere:quia plura diffiniunt quantũ ad hoc.quod enim dicit glo.quod vtraq; hic diffinitur,intellexit vtraque.s.simul iuncta & prout in eodem facto concurrunt vtraque.s.ciuilis & naturalis. Secundum hoc concedit rationes quæ probant ꝙ nec sola ciuilis, nec sola naturalis hic diffiniatur.Ad argumentum notatum quod probat ꝙ nec vtraq; simul existens respondent ꝙ hic diffinitur obligatio qua quis ipso iure constringatur ex necessitatę.dicit glo.etiam quãuis obstet exceptio: vnde videtur sic velle distinguere cũ quæritur vtrum obligatio quæ non extinguitur ex necessitate: quia exceptio obstet diffiniatur hic necne.aut obstat exceptio: non quia non sit hic vtrunque vinculum obligationis:& talis obligatio quamuis sit inefficax sic diffinitur,dicunt aliqui.Sed certè istã distinctionem non approbo:nam sicut in Macedoniano & Velleiano agitur ipso iure,sed potest elidi

intent

intentio actoris per exceptionem, ita vbi tantùm alterum vinculum, ſcilicet ciuile eſt efficax actio. ſed obſtat exceptio, vnde non credo quòd inter iſtas quantum ad hoc ſit facienda differentia, reprobatur infra de exceptione in primo.& in §. pręterea.§. itẽ in iudicio. vnde qđ hic diffiniatur cui obſtat exceptio nõ approbo.nã talis non adſtringitur ex neceſsitate ff.de verb.ſign.debitor.& de.le.iij.fideicõmiſſa.§.ſi rem. Sed adhuc inſiſto opinionem glo.Glo.innuit dicere ꝙ vtraque ſimul iũcta hic diffinitur per quam ex neceſsitate adſtringuntur: ſed hoc videtur eſſe falſum ſecundũ ſententiam eius: quia ſecundũ glo.ex ſola ciuili agitur cũ effectu vt in ſententia cõdemnatoria & in chirographo poſt bienniũ, vt C.de iudi.l.actori.& infrà de literarum obligationibus. Quæritur ergo cùm per talem ex neceſsitate adſtringuntur ad alienam reſoluendã, non dicit eã diffiniri hic: vnde iſta opinio videtur deſtruere ſententiã eius, in hoc ego eum excuſo ſic vt in pluribus contingit quòd ex ciuili ſola, vel ex naturali ſola, non agit cũ effectu: quia iura adaptantur ad ea quæ frequenter accidunt: ideo intelligit hic diffinitionem dari de iſta obligatione ex qua neceſsitate, &c. hic eſt de ſimul coniũctis.ar.ff.de lega.l.nã ad ea.in auth.vt matres debi.§.quia matres. Cætera quæ tangũtur in gl. apparebũt in proſecutione materiæ. Viſa ergo expoſitione gl.accedo ad materiã obligationis. Et primò quæro quid ſit obligatio. Deinde de ſpeciebus obligationis, ſiue de partibus, deinde de exemplis cuiuſlibet obligationis, & vtrũ obligatio naturalis & ciuilis ſimul

iuncta

iuncta sit obligatio, secũdũ substantiã: deinde quæram per quam viã obligatio in esse producatur circa multa, deinde de iuribus obligationis; deinde per contrariũ quæram de modis obligationis tollendæ, deinde de transactioñ. & vltimò quæ obligatio hic diffinitur. Primò quæro quid sit obligatio. Et ista quęstio est fatua; cũ litera nostra dicat, obligatio est iuris vinculũ, &c. Sed certè imò ego ostendo quòd obligatio nõ sit iuris vinculũ. & sic glo. dicit & bene, sicut boues ligantur funibus vel chordis, ita ligantur homines verbis. vnde vt hic verba ligantur, &c. Lex enim dicit ꝙ verbis ligantur. quod est verũ cum vinculo iuris, vnde ius vincit: vnde dicit glo. ius vinciens. Sed si quis dicit; ligatio est chorda, vel illud quo boues ligantur, malè diceret ideo ligatio est id quod resultat ex applicatione ligamenti ad rem ligatam cũ factũ vinciat vel ligat cũ vinculo iuris, ꝙ autem glo. dicit ius viniciens, manifestè vult ꝙ obligatio non potest dici ipsum vinculũ, imò magis id quod resultat ex ipso vinculo vel effectu ipsius vinculi: res autem cũ viniculo iuris ligatur, ex quo ligamento resultat obligatio, & possibilitas agendi, quæ possibilitas si reducatur ad actũ agendo in iudicio est, actio vt patebit in tractatu de actione. & bene dixi quæ facta, cum vinculo iuris ligant, sicut nos dicimus in aliqua facultate, ꝙ homo generat hominem, & sol, id est, homo generat hominem cũ adminiculo, vel cũ affluentia solis, & aliquorum corporum supercælestium, & intelligo facta verba & contractus. nam contrahere facti est. ff. de cur. fur. in l. consilio. ergo quod

quod dicitur quòd obligatio est iuris vinculũ, &c. intelligo, id est, affectus vinculi, id est iuris vincientis: non quòd ibi sit formalis prædicatio dicendo, obligatio est iuris vinculũ, &c. Intelligo similiter expositum alibi, lex dicit, seruitus est cõstitutio iuris gentium. Si tu intelligeres quòd seruitus sit ita constitutio vel statutũ, quòd captus efficeretur ser-
3 uus, esset fatuũ. patet quid sit obligatio. † Sequitur videre de diuisione obligationis. Obligatio quandoque diuiditur: quia alia est ciuilis, alia prætoria. Sed istam diuisionem obligationis non prosequor: quia alia apparebit. ĩ. §. proximo. Alio modo diuiditur obligatio. Obligatio alia ciuilis, alia naturalis: & si quæras, nunquid sunt verba legis? Respon. ꝙ sic, in seruitutẽ legum. ff. de actio. & obli. l. naturalis. de verb. oblig. l. j. §. si quis ita. ff. de fideicom. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. Distingunt doctores triplicem naturalẽ. Est enim (dicunt ipsi) quædam naturalis quam ius dissimulat, quę oritur ex instinctu naturali: quia quis obligatur bene facere bene facienti, de qua fit mentio in l. ff. de pe. hære. l. sed & si. l. §. consuluit. & ff. de cõdi. inde. l. si nõ sortem. §. libertus. & de in ius vocan. l. ij. & dicunt quòd istam naturalem ius dissimulat: ego dico quòd secundũ eos nullũ habet effectũ talis obligatio, de qua dicetur. ĩ. quando quæretur de iuribus obligationis. dicunt ipsi, est alia naturalis quã ius recipit sicut est: & ideo in eo statu tenet eam in quo venit: quia non aufertur aliquid sibi, nec dat ei aliquam efficaciam. Ista est naturalis, quæ reperitur in nudis pactis: quia non habet efficaciam agendi, quòd

di quòd sit ibi naturalis, inducerē.l.ff.de pact.l.j.itē ꝙ ex ea non nascatur actio.ff.de pact. l.iurisgen.§. quinimo.C.de pact.l.j.Alia est naturalis quam ius recipit & eam adiuuat, vt sunt illę obligationes quæ nascuntur ex contractibus iuris gentiũ. nam iure gentium erat quis naturaliter obligatus, tamen contractus & omnes obligationes fuerũt introducti de iure gentium.ff.de iusti.& iur.l.ex hoc, & s̃.de iure naturali.§.ius autem naturale. sed ius ciuile dedit istis obligationibus efficaciam agendi. ff.de pact.l.iuris gen.j.Respon.cùm autem iure ciuili non ageretur.ff.de origine iuris.l. ij.§. inde ex his.Et istam naturalem dicunt posse dici approbationem ciuilem.& hoc est ꝙ statim subiicitur proxi.§.ꝙ † obligationes aut legibus sunt inuentæ*, 4 aut legibus approbatæ. Obligatio ciuilis dicitur propriè illa, quæ introducta est à iure ciuili, sicut stipulatio,& alij cõtractus introducti de iure ciuili, ex quibus semper agitur cũ effectu. Qui autē & quãdo,& qualiter sunt inuēti de iure ciuili,& quare semper habent efficaciam agendi, nõ prosequor ad præsens: quia ad hoc habuistis.s̃.de iure naturali.§.ius autē gentiũ. †Sequitur videre quo iure singulæ species obligationis fuerint introductę,& pri- 5 mò quæritur, quomodo fuit introducta illa naturalis, quãuis dissimulatio. Ad hoc respõdeo,& dico ꝙ est introducta à iure naturali primæuo: non quia ius naturale primæuũ aliquid statuat, qđ verũ est ꝙ nihil statuit: sed quia illa peritia quam habent omnia animalia quæ in cælo &c. à iure naturali primæuo est. Ius naturale est peritia illa quam natura docuit

* Sunt inuentæ. Adde quo in re sunt institutæ obligationes Bartol. in l. ex hoc iur. ff. de insti. & sub.

docuit omnia animalia. Suprà de iure naturali. in prin. Dicit quis ciuiliter ꝙ reputat se obligatū bene facienti. ista enim peritia videmus omnia animalia censeri, vt patet ad sensum in canibus, qui diligūt sibi bene facientes. Nascitur ista obligatio ex facto vel beneficio, cū ad vinculū illius iuris naturalis suo modo, cuius iuris æquitas dictat bene facienti bene facere. Illa autē obligatio quam ius recipit sicut est in nudis pactis, vt ff. de pac. l. j. est introducta de iure gentiū. & probatur. ff. de iuregen. Et quare dicitur naturalis, ex quo est introducta de iure gentiū? Dicitur ius naturale. s̄. de rerū diuisi. §. singulorum. & §. per traditionem. sed ꝙ dicunt istā obligationem recipi à iure ciuili sicut est & nō adiuuari per ius ciuile, videtur non esse verū. quia exceptionem parit illa obligatio quæ est in pactis nudis, vt in præalle. l. iuregen. sed exceptio est actionis exclusio. ff. de excep. l. ij. ergo cū excludēs sequatur exclusum, & exceptio excludit actionem: ergo exceptio sequitur actionem sed secundū eos actio est de iure ciuili. ff. de ori. iur. l. enim. §. deinde. ergo multò fortius sunt exceptiones de iure ciuili. aut ergo obligatio illa non pariat exceptionem, quod falsum est in l. illa iuregen. aut exceptio virtutem habebit de iure ciuili. aut ergo obligatio de iure ciuili, obligatio illa non pariet exceptionē ꝙ falsum est, vt in l. illa iuregen. aut excipiendi virtutē habebit de iure ciuili. Contrariū ipsi dicunt. Præterea opponitur. Ipsi dicūt cōtra eos quòd illa obligatio naturalis est de iuregentium introducta. Cōtrà seruus naturaliter obligatur. ff. de cōdi. inde. l. naturaliter.

liter,& de pecu.l.sed & si apud.§.peculium.sed ius gentium nihil est,& nihil reputatur.Ad hanc tamē vltimam posset responderi quòd imò ista obligatio bene potest dici iurisgen.inuentione. & tu opponis,quomodo ergo obligabitur seruus ista obligatione,cùm illo iure nihil reputetur?Respondeo, ius gentium dicit eum obligari non inspecta persona istius status,quem habet de iuregentium, sed secundū statum quem habet de iure naturali primæuo:vnde non considerat eū vt nunc. & verū est quòd quantū ad ius ciuile persona eius nihil est. ff. de regu.iur.l.quod attinet.& l.seruitus.sed cōsiderat eū vt tunc,& hoc quod dicit lex subtiliter intellecta, quòd ista obligatio naturalis qua nos dicimus seruū obligari,vel quod nos non dicimus seruo acquiri,vt repetitionē inhibeat naturaliter intelligenda est,id est,considerandus est status quem habebat iure naturali primæuo.Sed ad primā opinionem notabiliter respondeo,vel quia verū concludunt quòd aliquid recipit à iure ciuili,vel præcedit suppositionem cuiusdam falsi, scilicet quòd actiones sunt de iure ciuili. Sequitur videre quo iure introducatur ciuilis:& de illa planū est quòd introducatur de iure ciuili, vt in stipulatione patet,quæ est iuris ciuilis.infrà de act.§.constituta.& sic intelligo obligationes. Est autem multiplex naturalis,vt visum est,sed illi qui primò tractauerunt de principiis illius naturalis obligationis quę est introducta de iure naturali primæuo non curauerunt tractare:& credo quòd ratio fuit illa secundum illos:quia nullum habet effectum iuris. inde

est quod

est quod dicũt eam dissimulatam à iure quod non videtur verũ:vt infrà patebit,& ideo tractauerunt, principiũ obligationis naturalis illius ius recipit vt eam inuenit,illius scilicet quę est in pactis nudis & sunt illius obligationis tria principia(vt ipsi dicũt) consensus,naturalis æquitas,& iuris permissio, vt est videre in pacto nudo.nam ibi est cõsensus cum pactum sit duorum vel plurium in idẽ placitum,& consensus principia naturalis obligationis de iure naturali primęuo omittit: quia dicunt ꝙ eius effectus nullus est,vnde dicunt quòd ius eam dissimulat.Prima naturalis obligatio quam ius recipit vt eam inuenit est consensus(vt dicunt)quia nulla est obligatio sine cõsensu.ff.de pac.l.j.in prin.&§.adeo. quod verum nõ est,vt patet in neg.igitur actus quę tunc ignorans quia non cõsensit.& in l.allegata arguit de literarum obligationibus,dicit enim litera nulla obligatio sine consensu est. Sequitur siue re siue verbis fiat. Item principiũ huius obligationis est naturalis æquitas per §.naturalis.quod non est verum semper & generaliter,imò statutũ iuris gentium potest esse iniquum, & statutũ ciuile & iuris gentium sit status,si sit iniquum naturalis iuris est iuris æquitas,sicut statuti est iuris æquitas.Itẽ principium naturalis obligationis est iuris permissio, quod patet(vt dicit)in pupillo, qui si promittit tutori vbi est cõsensus,& naturalis æquitas, nõ est tamen iuris permissio quia ius non permittit pupillum contrahere cum tutore,vnde nõ est obligatio. & sic intelligũt legẽ.ff.de actio.& oblig.l.pupillus. Secus si permittit pupillus alij sine tutore,tũc enim

obligatur naturaliter.ff.de de auto.tu.l.j.ad finem. Istud tertium de iuris permissione bene concedo: quia si ius prohibeat obligationem contrahi,nulla contrahitur:vt C. de leg.l.nõ dubium.& est verũ si stet in finibus prohibitionis,vt ibidem.& est mirabilis:quia tum legis ratio impeditet naturalẽ obligationem contrahi,contra id quod s̃. de leg. agna. tut.in fi.principium ciuilis obligationis dicunt qđ est consensus.ff.de pactis.l.j.& de act.& obli.l. non figura iuris præceptum quod patet in obligatione literarũ: quia ius præcepit vt sit obligat⁹ solus sine effectu ante bienniũ,tamen habet exceptionẽ vt j. de liter.obli.C.de non numerata pecunia.l.in cõtractibus.Item naturalis æquitas non est principiũ huius obligationis:quia nunquàm dictaret naturalis æquitas quòd qui promisit spe futuræ numerationis,nec est numerata,quod cõpelletur ad soluẽdũ, nec quod condẽnatione debitor cõpellatur soluere,quod tamen fit per ciuilem (vt ipsi dicunt) dico quòd eodem modo in naturali quæ est de iuregen. versatur naturalis æquitas,si sit statutum iuris gentium æquũ:eodem modo in ciuili obligatione si ciuile statutũ continet æquũ principia naturalis obligationis & ciuilis simul iunctarum, sunt cõsensus: vt patet in emptione,dicunt ipsi,quòd sine cõsensu nulla est:vt ff.de cõtrahen. emp.l. in emptionibus. Item naturalis æquitas ; quia nec tam dignum &c. vt ff.de actio.emp.l.ex empto. Item iure approbo quòd si maior.xxv. annorum vendidit rem cuius est commercium lex approbat contractum hunc intento actionem:vt ff.de actio.emptio.l. fi. secus si pupil

pupillus venderet sine autoritate tutoris, & tunc quia ius ciuile non approbat, deficeret ciuilis, & contraheretur sola naturalis. ff. de autoritate tutorum. l. j. Certè dico quòd emptio nō est emptio. exemplum de naturali & ciuili simul iunctis, vt infra videbitis, ego dico omne principium obligatione est factum ex quo resultat obligatio, speciale principium naturalis solius est autoritas iuris gen. cum sua ratione principium obligationis ciuilis, sed ciuilis sine autoritate est autoritas illius iuris cum sua ratione, si illud ius habeat rationem: quia quædam iura ciuilia sunt quæ non habent rationem: & de hoc habes de leg. l. casum. Principium naturalis obligationis iuris naturalis primæui est factum & impensum beneficiū. Item ratio seu equitas illius iuris quod omnia docuit animalia est & dictat vt cuilibet bene facienti se reputat obligatum proprie dictat, respondeo pro quodam instinctu in principio. Sequitur de exemplis, & primo de exemplis naturalis. & distingue, naturalis quædam est efficax, quædam inefficax. Inefficax duplex, quędam sola quæ superfluit sola; & de illa habet exemplum in pactis nudis. ff. de pactis l. prima. † Item
6 exemplum de naturali * est, si pater cōtrahat cum filio, vel dominus cum seruo, vel inter fratres qui sunt in eius potestate. ff. de condictio. indebi. l. frater à fratre: & si id quod exemplum de naturali quæ quandoque habuit concomitantiam ciuilis est, tu es mihi obligatus naturaliter & ciuiliter, ago contra te, tu es absolutus, tollitur ciuilis, & remanet naturalis: vt ff. de condictione

* Exemplū de naturali. Quare nō cadat obligatio ciuilis inter patrē & filiū in potestate? Ratio cōis doc. secū dum Bar. ī. l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. est rōne patriæ potestatis q est de iure ciuili inuenta, & de iure ciuili pater & filius censentur vna & eadē persona: & sic idē nō pōt esse sibi obligat⁹. Ex quo infert do. Ias. ibi in ix. col. versi. capio itaque q Frācigenę

inde.l.Iulia. Item est exemplum de naturali inefficaci in testamento minus solenni, vel in testaméto quod excedit dodrãtem.l.quæ hoc dicit C. ad l.fal. l.error si sic., persuadetur: quia in pactis nudis in quibus deest verborum solennitas dicimus cõtrahi naturalẽ, similiter in testamento in quo deest solennitas in numero testium vt in cæteris dicimus contrahi naturalem obligationẽ, non dico ex testamento, sed quasi ex cõtractu aditionis hæreditatis, vt infrà de obligationibus, ex contractu.§. hæres. Item testamentum pro eo quod excedit dodrantẽ non habet legẽ pro se, imò potiùs contra se habet legem falcidiã quæ quidem lex falcidia in his quæ excedunt dodrantem ciuilem impedit cõtrahi obligationem administrationis.ff.ad l. Falci.l.Plautius, & l.linea margaritarũ.& C.ad l.falci.l.pater.& hæc sunt vera exẽpla de naturali inefficaci. Exemplum de naturali efficaci est in contractibus iuris gen. in quibus dico esse solam naturalẽ obligationẽ, & hoc habet efficaciam agẽdi per ius gentiũ & est de iusti. & iur.l.ex hoc iure, Et ibi notaui nõ nego quin posset dici approbatione ciuilis secundũ hoc, approbationẽ hoc addit & exẽplũ de ciuili obligatione est ciuilis sola, & ciuilis sola quæ quãdoq; habuit cõcomitantiã naturalis, ecce exẽplũ de sola ciuili efficaci, quæ semper fuit sola in hoc mihi debes, condẽnatus es ad decem, inducitur ciuilis quæ omnia inducia (vt dicunt) sint de iure ciuili, vt ff. de orig.iur. l.ij. §. omni. ecce exempla de alia ciuili quæ nunquam fuit iuncta naturali. & hæc inefficax est in obligatione literarum.ante biennium nominatur

infrà

ex quo non subiiciuntur Romano imperio in eis non cadit patria potestas per gl.quam reputat sing. inst.de pa.potesta.ĩ princ. quã gl. sing. no.Bal.ĩ.c.j. an mari. suc. vxo.in bene. & in c. si duo fratres.in fi. de fratre de no.be.in vsi. feu.aliàs tres rõnes quare non oriatur obligatio ciuilis inter patrẽ & filiũ recitat do. Ias. post Bart. & alios in d. l. frater à fratre. loco vbi suprà Alexã. in j.lec. vide omnino per eum

infrà de literarum obligatione:ſed hoc non approbo.Sed ecce exemplum de ſola ciuili quæ fuit quãdoque iuncta naturali,quandoque es mihi obligatus naturaliter & ciuiliter,facio pactum de nõ petendo,tollitur naturalis,ſed remanet ciuilis: vt ff. de pac.l.præſens ne peteret.Item exemplum ciuilis efficacis eſt in delictis,non dico in omnibus,ſed in illis quæ coërcentur per.l.cũ pauperie: vt ff.ſi quadru.pau.fe.dicatur.l.j. Et hoc poſſet dari exẽplum de ciuili inefficaci,vbi deliquit filius contra patrẽ, vel ſeruus contra dominũ.& bene dico in delictis, quod quidam dicunt:quia in delictis non cõſentit quis ad pœnam vnde non eſt hic naturalis:vt ff. de pac.l.j.Ego dico quòd ad naturalẽ inducendam nõ exigitur ſemper cõſenſus, vt ſuprà, & ſi exigeretur intelligerem tacitũ cõſenſum in delictis,vt eo ipſo quòd quis deliquit,velit pati pœnã:vt ff.de poſthumis.l.j.§.ad beſtias.& arg.ff.de iure fiſci.l.imperatores.Dico enim quòd furta coercentur per iusgentium,intelligo hoc in diffinitione furti:vt ff.de furtis.circa principium.Eſt arg.ſ. de rerum diuiſione. §.ſingulorum.†Caue,quia nõ dico quòd pœna du-
7 pli vel quadrupli ſit de iure gentium,imò pœna dupli eſt per legem xij.tabula.pœna quadrupli de iure prætorio,vt infrà,de præſcrip.§.furti.&infrà,de noxa.Sed dico quòd furta coërcentur iuregentiũ, non iſta pœna,ſed alia quam nos ignoramus.Idem de iure naturali primæuo potes ponere exemplum in maleficiis,es obligatus alij non malefacere, vel non cõuiciari:ergo quilibet eſt obligatus,arg.ff. de iuſti.& iur.l.vt videtur. Exemplũ de vtraque ſimul

iuncta potes videre in stipu.& vbicunque est distributiuum duorum sequitur videre cætera obligationis ciuilis & naturalis in eodem contractu sit vna vel plures. Istam quęstionem primò explicabo in contractibus iuris gentium vt in emptione quæ est de iuregentium, verbi gratia, emo à te aliquam rem,& sic est naturalis: quia nascetur ex consensu; vt ff. de pactis.l.j. Certè istam quæstionem procedit alia, scilicet vt actiões sint de iure ciuili, vel de iuregẽ.† vnde istam primã primò expediũ. De hoc est diuersa opinio. Dicunt doctores cõmuniter quòd actiones sunt de iure ciuili & inducunt.l. quæ dicit rem ex his legibus.l. actio. hereditariæ sunt: vt ff. de orig. iur.l.ij.§. deinde. vnde dicunt ipsi tu habes expressè quòd actiones sunt de iure ciuili. Item hæc probantur sic, inuentione, quæ sunt de iure gentiũ enumerãtur in legibus, vt missiones,& similes, sed hic non enumeratur ꝙ actiones sint de iuregẽtium iuxta illud, quod de vno conceditur, de alio negatur. arg. ad hoc. ff de iudi.l. cùm prætor,& l. hæres. Ad istam quæstionem, scilicet, quòd debent enumerari. C. de cadu. tollen.§. fina. Item ibi enumeratur in venditionibus iuris gentium.l. stat in obligationibus,& non procedit vltra, ergo &c. Et quod de vno conceditur, de altero denegatur: vt ff. de iudi. l. prætor.& C. de procur.l. maritus. Dominus meus dicit contrarium,& dicit ꝙ actiones sunt de iure gentium,& quòd in omnibus cõtractibus iuris gentiũ agebatur, quod ridiculũ esset dicere ꝙ nõ obligaretur,& nõ ageretur. Item dicit ipse,& hoc dicit §. deinde. dicit enim ibi cõsequẽter quid est cõponere,

nere,& certè componere est priùs inuentum in melius ordinare.Sic etenim exponit gloſ.expoſitæ in proxi.ergo cùm tu dicis ꝙ iure ciuili ſunt cōpoſitę, ſequitur ꝙ priùs inuentę,& ante ius ciuile. ego dico quòd actiones ſunt de iure gentiū.Item ad hoc eſt quod reperitur cautū in iure quo iure introductæ ſunt:ergo iure antiquorū aſcribendū eſt,& ꝙ iuri antiquiori aſcribendum eſt,vbi non eſt cautū, habes. ff.fini.reg.l. in funeralibus. ſic ergo iſta quęſtione deciſa obligatio tantū id eſt, vnum vel duo vincula,& valet quòd ſit vna.l.dicit totā obligationem &c.ff.de fideiuſ.l.ſi debitori.& hoc totū ſignū diſtributiuū eſt vnus totius integralis, ergo apparet ꝙ vna eſt obligatio in cōtractibus iure gē.& in vēditione & quæ nō indigent auxilio iuris ciuilis, quia vna eſt obligatio tantùm ſine vinculo.ſi naturalis.nam(vt dixi)iſti cōtractus habent efficaciam agendi iure gen.Sed dico ꝙ iſti cōtractus dicuntur de iure ciuili approbatione:nō quia aliquid habēt de iure ciuili,ſed quia ius ciuile eas approbat,& in melius reformat,&hoc innuit.j.e.tit.vbi dicit,ciuiles ſunt.&c.Itē ꝙ in cōtractibus iuriſgē. Si ergo tu diceres ꝙ ibi eſſet reperire obligationē:ergo ſequeretur ꝙ eſſet de iure ciuili ꝙ eſt tex.vt ſ.de iure natur.§.ius aūt de paucis&c.vt ff.de iuſt.&iu.l.ex hoc iure.vnde ſi tu dices ꝙ in obligatiōe de iuregē.eſſet ciuilis,falſum diceres.ex quo lex dicit paucis,& in iſta ſentētia reſideo ꝙ ideo in obligatiōib⁹ iuriſgē. non ſit niſi vnū vinculū naturale tantū approbatū ciuili iure:nā qui cōfirmat,nō dat.Illud eſt brocardum ad vtranque viā,quòd qui confirmat,non dat

& qui confirmat,dat.ff.de iurisdi.om.iud.l.& quia. Sed quæro,nunquid in cõtractibus iuris ciuilis sit duplex vinculum?Et videtur distinguẽdum in ista quæstione,aut de eo cõtractu cui ius ciuile dat efficaciam,aut de eo contractu cui ius ciuile non dat, sed quia eũ informat in melius,vt est ponere exemplum in contractu emphyteotico,sed de quo dubitabatur quis esset contractus ante ius ciuile sine lege bonus,an poni possit sub speciali titulo vt probatur.j.locati & conducti.§.adeò autem. sed certè in tali cõtractu iuris ciuilis qui ante ius ciuile erat efficax,dico tantùm esse vnũ vinculũ:quia ad hoc ff.de acqui.re.do.l.qua ratione. Si verò quæris de contractu iuris ciuilis:quia ius ciuile dat ei efficaciam. distinguo aut sine lege aliqua erat talis cõtractus iuxta quã poterat cõtrahi aliqua obligatio,sed ius ciuile reposuit in obligatione,nec erat ante aliquam reperire naturalem, & tũc dico ꝙ est vnum vinculum,scilicet ciuile tantùm,aut poterat cõtrahi obligatio naturalis aut ius ciuile,&tunc dico ꝙ est recipere duplex vinculũ,vt est videre in stipulatione:nã cõsensus introductus erat naturalis. item per ius ciuile additur forma stipulationi ex qua nascitur ciuilis.arg.ff. de condi.indebi.l.si fideiussor.

† Sed quæro quomodo obligationes inducũtur in esse?Respondeo & dico per viam generationis & viam creationis.Est differẽtia inter generationem & creationem.Creatio enim fit ex nihilo,sed generatio fit vbi est materia quæ regulari ordine sufficeret ad contrahendam obligationem, si haberet iuris ordinem. Dico si ius ciuile facit aliquam 10

obliga

obligationem,illam dico generationem,ſed ideo factũ aliàs materia non erat talis quod regulari ordine ſufficeret ad cõtrahendã obligationem, tũnc ius ciuile ſuperueniens facit aliquã obligationem, dicam illã contrahi.argu.ff.de actio.& oblig.l.obligamur.ſic ergo vides ꝙ obligatio deducitur per ge

11 nerationem & creationem. † Et gratia huius quæritur,nunquid ſententia inducit obligationem?Videtur ꝙ ſic,ad minus de ſententia condemnatoria inducit actionem in factũ,ſed actio non poteſt eſſe ſine obligatione:quia obligatio eſt iure actionis.ff. de procu.l.licet.§.ea obligatio.ergo &c.Ad oppoſitum ꝙ ſentẽtia non inducat obligationem,habes ff.de oblig.l.ex diuerſo.& ff.ſi ſeruitus vendicetur. ſicuti.Quid dicemus? Dico ſecundũ veritatem ꝙ ſententia condemnatoria nullam inducit * obligationem veram,ſed tantùm præſumptionẽ exiſtentiæ obligationis.lex dicit ꝙ ſententia habetur pro veritate.ff.de reg.iur.l.res inducta.ergo &c.Doctores dicunt contrà,ꝙ inducit actionem,& quid ſit effectus huius diſcuſsionis habes.ff.de literarũ obliga.Sed ponamus cum tutoribus quia inducat obligationem.Quæro vtrum inducat naturalem? & dico ꝙ non,quia ſimilis ratio ſimilia iura tollit.ſuprà,de leg.agna.ſuc.in fin.ſed ſententia non eſt de naturali iure,ergo &c.ꝙ naturalem non inducat. Ad oppoſitum ꝙ inducat naturalem : quia ex ſola ciuili non agitur,ad minus cum effectu , vt habuiſtis.ſ.eo.titulo.Item hic non intelligitur de ſola ciuili,vt infrà de excep.§.præterea.ff.de ſolu.Stichũ. §.naturalis.Dominus Azo dicit quòd propter ſen-

*Nullã inducit. Adde & vide oĩno d. Iaſ.in l.Iulianus verũ debitorem xv. col.verſic.teneo ergo.ff. de cõd.inde. vbi recitati opi.doct.tandẽ concludit cũ opin.Bar. quã dicit verã &cõmunẽ ꝙex ſentẽtia cõdẽnatoria oritur naturalis obligatio,ĩ propria deſcendẽs ex æquitate iuriſgẽtiũ. allegat tñ Bar.ſibi contrariũ in l.ſi plures. in prin.ff.de fideiuſ. & in l.cũ quis. C. de iu.& fact. igno.

tentiam non inducitur naturalis,& respondet ad arg.iam dicta:quia dicis ex sola communi non agitur,verum est regulariter,tamen fallit in literarũ obligationibus.ff.de condi.inde.l.Iul.C.de nõ nu. pe.l.in cõtractibus.& infrà de perpe.& tẽpo.actio. ff.de verb.obl.l.Stichum.Dominus meus dicit contra,& per rationem inductiue.Lex dicit quòd condemnatus si non appellat,consentire videtur.C.de app.l.ij qui ad ciuilia.& C.de postu.l.j.cũ dicit placita &c.ergo cõsentit,& obligatur naturaliter,consensus inducit naturalẽ.ff.de pac.l.j.Si verò appellat,aut prosequitur suam appellationem,aut nõ.& isto casu habetur pro eo ac si non appellasset.C.de appel.reci.l.ij.sed si non appellasset,consentiret,vt suprà,ergo &c.Si verò prosequitur suã appellationẽ,aut obtinet in causa appellationis,aut succumbit.Si obtinet,nõ est quęrendũ de prima sententia: quia nõ habet effectum.Si verò succũbit,aut appellat secundò & potest aut non.Si verò non appellat secundo non licet tertiò appellare.in rubro & in nigro:& in isto casu aut tu dices quòd non consentit tertiò appellat ad deum dicens,si possem appellarem.Sed isto casu dico quòd habetur pro consentiente,ex quo non habet iustam causam contradicendi,haberetur pro consentiente.habes.ff.sol.ma. l.si dotem.nam bene scis quòd non potest recipere dotem nisi cõsentiente filia,pone ergo filiam.Respon.esse dicit & nõ habet legitimam causam contradicendi.dicit l.alleg.ꝙ habetur pro cõsentiẽte, ergo inducitur naturalis.ergo &c.Dico contra,scilicet quòd nõ inducitur naturalis per sententiam,

&

& probatur sic:nam idem est modus tollēdi & inducendi obligationem.ff.de so.Stichum aut Pamphilum,naturalis. Sed pone ꝙ virtus debitorū est absolutus,nunquid per sententiam tollitur naturalis?Certè non,vt ff.de condi.inde.Iul.& infra dicit & soluit vt non repetit:quia naturalis debitor remanet. Sequitur de iure obligationū naturalis, iurisgentium,& dico ꝙ vna virtus est quæ inducit compensationem.l.etiā.§.quòd natura.Secūda virtus est quòd ei accidit fideiussor,infrà,de fideiussor.in prin.ff.de fideius.fideiussor obligari.ff.de fideiussor.Tertia est:quia potest nouari.ff.eodem.l.j. Item potest cōstitui.ff.de consti.pe.l.iij.l.ij.l.j.§.debitum.Itē inducit exceptionē.ff.de pac.l.iurisgentium.§.quinimo.Item inhibet repetitionē.ff.de cōdi.l.si pœnæ.Sed quæro quæ sit virtus iuris naturalis primæui?& certè doctores non intromittunt se de ista.vnde dicit quòd eius nullus est effectus,sed certe ego cōtra,& dico qa materia est eius virtus: prima dico ꝙ nō inducit repetitionē,& quęro,nūquid ista obligatio iuris ciuilis primęui impedit repetitionē?verbigratia,ego feci tibi multa bona,deindè tu mihi rē aliquā tradis,dicēs,tene istā rē nostro cōmodo quęro,nūquid potes repetere?Arguit ꝙ nō qa vbi quis soluit pristinū debitū,vt nō possit repetere,nisi ꝓbetur indebitū.ff.de ꝓba.l.cū de indebito.Certè dico ꝙ isto casu vbi quis est obligatus iure naturali primæuo ꝙ talis est effectus istius obligationis,qđ præsumitur animus donādi.ar.ff. mandati.l.si verò nō.§.idem pap. Pone,abbas dat alicui aduocato multa bona, hoc fecit de iure, deinde

deinde moritur aduocatus. Dico quod præsumitur habuisse animum.abbas vult repetere,nũquid potest donãdi,ex quo fuit aduocatus suus?Itẽ ostenditur ꝙ alia est virtus & maxima, pone fideiussor per te creditorem talis cum multa bona fecit,qui deinde creditori remittit obligationem,nunquid ego fideiussor creditori,& tunc præsumitur ꝙ animo remittendi ille remittit,& tũc potest agere circa eum actione man.aut nulla bona fecit ei,& tunc nõ potest.Istã oppositionẽ habes.ff.mãda.l.ideoq;. in fi.& l.si verò nõ remunerãdi.in prin.† Item iura 12
ista sunt in argu.ad opinionem de eo qui mittitur Romã pro alio,& in via hospitatur cũ quodã amico suo,deinde cum fuerit reuersus vult cum domino suo computare.Domine eram impensurus decem de meo,nisi fuissem hospitatus cũ amico:vnde volo habere ista:quia illa argumen.per iura ista.si aliâs ei amico suo fecisset,ꝙ potest domino suo cõputare.qđ præsumitur animus remunerandi,aliâs non,vt in l.si verò rem,§.præallega.†Item effectus 13
est,pone,dedit tibi multa,de diuite venio ad paupertatẽ,& nõ habeo vnde possum me allere,nunquid possum agere vt me alas?dicit glo.quod sic,& agam ꝙ reddas ea quæ tibi dedi.glo.habes.ff.de reuocand.donat.l.fin.Item effectus ciuilis obligationis est ꝙ efficax est ad agendum,licet exceptio obstet: nam si aliquis fuerit naturaliter & ciuiliter obligatus mihi,& fecit sibi pactum de non petendo, nihilominus agam, sed obstat mihi exceptio. ff.de pact.l.si vnus.§. pactus .& infrà de except.§. prætereà.

De

De verborum obligationibus. Rub.

1 *Stipulatio omnis quibus possit fieri.*
2 *Promissor an possit statim conueniri & quomodo intelligatur.*
3 *Clausula singulis annis apposita in stipulatione, in cuius fauorem videatur apposita.*
4 *Stipulatus est quis aliquid sibi dari singulis annis, an sit vna stipulatio vel plures.*
5 *Spes in stipulatione conditionali bene transmittitur in hærede secus in legatis, & de ratione diuersitatis.*

1 V*Erbis.* † Omnis stipulatio, aut purè, aut in diem, aut sub conditione fit. ff. de verborum oblig. nulla stipulatione. Item potest fieri vt quia dico promitto decẽ tibi à paschate in antea, & quod istis modis fiat hæres. ff. de actio. & obliga. l. obligationum. Sequitur in litera. Idque confestim peti potest. glo. opponit ad quid dicit glo. promittit, ex quo confestim peti potest gl. idem deberet dicere tenere, nõ autem debet promittere. Et propter hoc dicit glo. quòd nõ est ita intelligendum: praue scilicet quòd statim possit peti à promissore: quia non debuit venire
actionis sit exprimendum in libello? dico quòd nõ. sed si quæras, vtrum actio videtur esse fatua quæstio, quia actio est applicatio causæ ad relationem, ex quo igitur libellus concludit est actio? dicunt quòd non est fatua: quia actio est applicatio causæ petendi: vnde si dico, mutuaui tibi decem, vnde peto quòd mihi reddas: in isto facto sunt duæ causæ petendi: & quia duæ sunt actiones, certi condictio generalis per hãc causam petẽdi ex mutuo est ista: quia mutuaui tibi decem, vnde peto quòd mihi red das, nullam expressam actionem continet, vnde actio est arg. legistarum argu. certi condictio generalis certum debes, ergo certum solue. arg. actionẽ ex mutuo mutuum recepisti: ergo mutuum solue: vnde actio est narratio quædam, videlicet applicatio causæ petendi ad relationem, vt C. de interdictis. l. vltra. vnde dicit ibi vna litera narrationem, alia litera actionem: ex modo cõcludendi nõ possum perpendere qua actione agis, vt cùm dico, vendidi tibi librum pro decem, vnde solue gratia decem, fecisti mihi furtum, posset per actionem furti concludi, condemnatus esset infamis: vt ff. de fur. non potest vel certi condictionis generali & tunc non esset infamis: vt C. de actionibus & obligatio. l. cesset. præsumitur certi condictio intentata, quia benignior, vt ff. de peti. hære. l. sed si præses: posset quæstio nostra proponi vbi nulla est intentata: sed in illa lege vtraque erat intentata, & præsumitur intentatum de benigniori. sed hic quod optimè facit sicut in sententia, posset fieri ad duas actiones: ideo dicit vt dictum est. docto. contrariũ, testator

habet

habet vestem pro mulieris vsu, si leget vestem muliebrem videtur legata vestis quæ vsui mulieris tantum seu propriè deputatur: vt ff. de legatis tertio. l. hoc legatum. ergo & hic proprior actio præsumitur intentata, vt benignior ad argumen. in oppositum dicunt quod verum est æquè propriè competeret, ponamus, competunt duæ ad idem, & ambæ speciales siue propriæ. verbi gratia, testator legauit rem suam mihi: dico contra hæredem quòd testator legauit mihi rem suam tale, tu habes eam, peto vt eam mihi reddas: potest concludere libellus habens diuersos effectus super actione reali, potest concludere super personali, vt testamento quid dicemus hic, imò ex modo concludendi genus actionis dicunt sic factum, ex quo non oriuntur plures actiones habentes diuersos effectus interesse exprimere: vnam si est factum ex quo non oriuntur plures actiones vel oriuntur, non habent effectus diuersos non esse necesse exprimere, quod quādo habent exprimere plures vnam debet exprimere, habetur ff de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. quando vna est non debet aliam exprimere. argumentum ff. de liberis & posthumis. lege prima. & si sint plures quæ habent eosdem effectus, non oportet exprimere argumentum. ff. ad Velleianum. lege, omnino. puta dicendum vbi sunt diuersorum effectuum, non oportet quòd exprimantur, vnde dicit lex: seruus meus dedit tibi pecuniam, vt inde emeres prædia, sed non emisti: habeo contra te mandati & furti. Sed ego dicam: sic ago contra te quòd seruus meus de-

dit tibi pecuniā,vt inde emeres prædiū, & nō emisti,actio est mādati.Sed dicamus:ago cōtra te, quia seruus meus dedit tibi pecuniā cōtra voluntatem meā,actio est furti:dicendū vbi nulla concluditur: expresse intelligo eam intētatā, quia agi potest per legem difficilem.ff.de libe.& posth.l.gallus.§.j. vbi sequitur plures quæ non cōpetunt ad idem,sed diuersos habent effectus:quia vna est stricti iuris.alia est bo.fi.vt,vendidi tibi librum pro decē, peto agi certi cōdictione ex vendito,erit ne idem dicēdum quod sic,quia quęlibet &bene debet habere suum pondus.ff.de leg.j.l.si quando. vt in exēptione dete præsumo intentari rei vendic.quia aliàs illa verba serua.& tu posside s eam nihil operentur. ecce ad exemplum:vendidi tibi rem pro decē, & ista decē promisisti:dico sic,ago contra te ad decē,ideò mihi promisisti ex causa venditionis, siue præsumamus intentatā actionę ex vendito.superfluum esset hoc verbū promisisti:ecce ad exemplū. locaui tibi fundum,& tu occupasti arbores vel clam vel vi: ideo ago contra te,&c.hic non intentabitur interdictū quod vi aut clam:quia frustra apponerētur illa verba vi aut clam.dicunt quòd non,quia interdictum quod vi aut clam,non intentatur si dolus interuenerit:ideo locum nō haberet vbi fieret mentio doli.hic est forma libellorum: debet vocare factum ex facto,elicere causam petēdi ex causa petendi:cō cludatur in actione aduersario peto vt soluat iudicis officio,vt suprà dictum est.dicunt quidam, soluendo aduersario ex causa petendi in actione debet dicere actor : & ad hoc imploro officium iudicis,

cis,quia mercenariũ actionis.vnde debet esse cum actione mercenarium eius sicut me inuitat. Dicit Azo,& meum seruientem, & quidam officium sit mercenariũ:sed tamen sine hoc processit libellus, quia consideranda est causa probationis bonorũ. Sed quare dicitur hoc coram iudice in testamẽtis & in contractibus,vt ff.de hæredibus instituendis. l.j.§.ex fundo.ita in similibus.vnde si debes mihi pecuniam,indigeo pecunia,licet nõ dicam vt soluas, constitueris in mora:vnde dicit lex:aliquis verberatus est dicit amicis suis,sed non dicit,volo quòd me vendicet, verberauerunt eum amici:quia illa verba habent pro iussu.ff. de bon.liber. l.Paulus respondit.

1 *Libellus debet concludere ex præmissis,quia non probat hoc esse,quod ob hoc contingit abesse.*

2 *Libellus in rei vendicatione debet cõtinere dominiũ præsens.*

3 *Libellus in actione personali requirit expressionem obligationis.*

Dominium præsens licet ex præterito dominio præsumatur,oportet tamẽ ipsum præsumptum allegare. Obligatio præsens licet præsumatur ex præterita obligatione,oportet tamen ipsam præsumptam obligationem probare.

4 *Causa an præsumatur ex diuturna solutione.*

5 *Alienans omnia bona sua licet non dicat in fraudẽ eoipso quòd omnia præsumuntur in fraudem etiam si non exprimatur.*

6 *Præsumptionum duo genera:quædã iuris & de iure, quæ non recipit probationẽ,quædã iuris nõ tamen de*

iure, & contra istam admittitur probatio contrarium.

7 *Rei vendi. vtilem habere & publicianam differt, & quando.*

8 *Libelli forma in rei vendi.*

9 *Testibus receptis & publicatis an aduersarius possit alios producere.*

Actionum. Actionum quædam sunt in rem, quædam in personam: si agam contra te rei vendi. pro re mea non est, sed habet lit. contest. & lite pendēte res illa mea efficitur, an ex virtute primi libelli mihi debeas condēnari, an opus sit noua instantia? quidam dicunt ꝙ de hoc est decre. de noua. sed illam nō vidi. videtur ꝙ sufficiat post instantiā, nec opus sit nouo libello: quia actio pignoratitia cōpetit domum pecunia soluta: sed si aliquis agat, antequam soluat pignoratitia actione si lit. conte. pendēte iudicio soluat: sed ibi aliquis aduersarius in actione pignoratitia condēnari, & sic sufficit ius quantum lite pendente, vt ea ex eadē instātia fiat cōdēnatio, nec opus sit nouo instante libello, vt C. de pignor. act. & l. si rem. §. vltra. & ibi sunt plana iura allegata pro parte ista: quare istud erit in rei vend. credo quòd nō mutuo vel mutuaui lite cōtest. & li. porrecto. certe erit opus noua instātia. ff. de iud. l. omniū. & sic est in quæstione proposita. Itē posset argui pro parte alia, ex parte rei sufficeret noua possessio lite pendente acquisita, vt ff. de rei vēdica. sententiā. §. j. ergo ex parte actoris sufficeret nouū dominiū acquisitum lite pendente: dicerem tamen contrarium, nec est sy. de reo & actore. Sequitur in litera,

summa

ſumma dicit.actionis eſt quædam in rem,quædam in perſonam.ſumma.dicit glo.id eſt breuius: quia nulla breuior.vnde ibi contra hoc arguit per §.primum.& §.quædam.ibi dicit quædam ſunt miſtæ: quia iſta diuiſio nō eſt ſufficiens data per hæc duo membra tantum:quædam in rem,quædam in perſonam.ad hoc eſt argumen.quod dicit gl.de virtute ſermonis miſtæ actionis,vt gloſſ.accipit.veritas neque continetur ſub actionibus in perſonam.vnde dicit Azo,quòd ſunt miſtæ perſonalis,licet habeant quiditatem,& quādem perſonalitatem:plus tamen habent perſonalitatē.vnde petitio hęreditatis miſta ex lege dicit eam perſonalem.C.de peti.hæredi.l.hæreditatis.& qualiter dicuntur quędam miſtæ quædam in rem ſcriptæ,aliâs vt dixi j.de peti.hæredi.l.ſed ſi lege.§.vltimò.dicit litera.ſumma diuiſio in duo genera diuiditur.aliæ enim ſunt in rem,aliæ in perſonam.nam tunc agit vnuſquiſque actum,cùm agit cum illo qui ei obligatus eſt, vel ex contractu ex maleficio:quo caſu productæ ſunt actiones in perſonam, per quas aliquid ſibi dare
1 aut facere oportet:& aliis quibuſdam modis exponit glo.iſtud verbum vltimum:& aliis quibuſdam modis modo approbat vltimum,& per hæc verba ex aliis quibuſdam modis intelligas actionem ex variis cauſarum figuris,id eſt condi.fur. dicit gloſſ. & dicas quòd verum eſt, quòd cùm de forma ex variis figuris cauſa in non variis figuris, ſicut gl.intendit:quia neque ex delicto neque ex cōtractu,vel quia imò dicas,ꝙ ex delicto &
5 furto. Sed dic quòd condictio furtiua cum variis

figu

figuris causarum ex causa varia figuratur, id est, habet varias figuras & similitudines delictorum & cõtractuũ: tamen ex delicto est. quomodo ergo exponemus hęc verba, & aliis quibusdã modis: expone vt gl. primo modo exponit, vel dicam quòd per illa verba ibi intelligitur datiuus actus: sic potest intelligi de actioni. & obliga. l. j. Sequitur in litera aliud verbum damus, aut cum eo qui nullo iure ei aliâs obligatus est alicuius de aliqua re controuersiam, quo casu proditæ sunt actiones in rem: & sic vult ista litera quòd tunc actione reali non sit obligatus. arguit glo. §. hæc in actione reali tenetur ad restitutionem faciendã: ergo est obligatus. glo. non bene soluit, sed de hoc expediã in inferioribus: vnde arguitur sic: sicut in reali actione possessio sufficit aduersarij, vt C. de iur. aliâs vnica. sed lex ista siue actio posset ad exhibendum sufficit aduersam. Sed ad exhibendũ actio personalis est ff. ad exhibẽdum. l. iij. §. est autẽ. quia igitur rei vend. nõ est personalis actio, quia nunquã in illa debet cõtineri obligatio: quia argu. ff. sufficiat modus iste, vendidi tibi librum pro decẽ. † Et ad hoc es obligatus: vnde 1
peto vt illa decẽ mihi soluas: vel oportet dicere, vẽdidi tibi librũ ꝓ decẽ, & ad hoc es mihi obligatus, vnde peto, &c. dicunt quidã quòd debet contineri obligatio in libello: quia debet libellus cõcludere ex præmissis: quia nõ probat hoc esse, quòd ob hoc cõtingit abesse. C. de proba. l. neq; natales. & l. non nudis. & ff. de proba. seruitutis. & nõ sequitur si vẽdidi, ꝙ propter hoc sis mihi obligatus, & quòd mihi debeas soluere: q̃a forte soluisti. † Itẽ in rei vẽdi. 2
debeat

debeat allegare dominium præsens.ff.de rei vend. l.in rem actio in prin.ergo in personali præsens obligatio doctores vt cõtrariũ & vulgus.vnde si emisti à me fundũ pro decẽ,semel fuisti obligatus: ergo præsumet virtute esse obligatus:qa sic est in dominio,vt C.de proba.l.j.& l.si nõ possides.& dicit vnũ,& quæ ex ea sequuntur vel præsumũtur.sequitur cũ dico,ego vẽdidi,videor dicere te esse obligatum ad iura in contrariũ allegata.dicendũ nõ probatur hoc esse,ꝙ ob hoc cõtingit abesse:nõ ꝓbat ex veritate sed probabiliter ponũtur. Azo dixit cùm modus,qui procedit ex veris & necessariis:& ideo demonstratiuus simili modo illo nõ ostendit iustitiam nostrã.vnde argumentum legistarum ex probabilibus:sed certè dicamus,syllogismus dialecticus fit ex probabilibꝰ institutis ex necessitate. vnde si dicam:omnis mater diligit filiam: Medea est mater:ergo Medea diligit:ideo syllogismus dialecticus ex necessitate:sed ex probabilibus & necessariis.ista enim nõ est necessaria:omnis mater diligit:sed probabilis sic deberetur hic dici: quia quidam ponitur retineat in mente:vnde cũ anthimemate dicemus sic:quicunq; vendiderit debet soluere:vendidisti,ergo debes soluere illud argumentũ legistarũ de necessitate instat.Sed prima nõ est necessaria,quia fortè iam solutũ est:sed est probabilis ad aliquid:dicunt quòd non est simile quòd rei vendi.cõpetit ex possessione præsenti: & ideo absenti.Sed personalis actio cõpetit ex cõtractu nundum habito:ideo sufficit allegare cõtractum argumẽtũ.agnoscat cũ ista tria in personali reperiũtur

per

per ordinem ob omnino:& in actione contractus est causa remota obligatio proxima in rei véd.triæ requirũtur,titulus,traditio & dominiũ:titulus & traditio fuerit quasi directè dominiũ,est causa proxima causa incerta rei vend.dicimus ergo quòd in reali debeat allegari in libello causa proxima cum incerta,scilicet dominiũ:ergo & in personali oportet allegari eam proximã,scilicet obligationẽ:quid ergo dicemus ad istam quæstionẽ?Ego teneo illam de iure quòd debeat in libello exprimi obligatio: quia aliâs non concluderet,sed dicas præfuit obligatus.†Et certè debet allegari,pręsumptus esset ne- 3
cessarius talis libellus:ego fui dominus rei quã possides,vnde peto ꝙ eã mihi restituas:certè nõ vnde ex præterito dominio præsumeris præsens dominus,oportet ipsum pręsumptũ allegare sic,licet ex præterita obligatione præsumetur præsens obligatio.oportet tamen ipsam præsumptã obligationem probare,†vnde dicunt doctores ex diuturna 4
solutione præsumitur causa:vnde si dicerem, ego ago contra te,quia soluisti mihi & antecessoribus annuatim tales redditus:quare peto quòd nũc soluas,nõ procedit libellus:quia licet ex diuturna solutione præsumatur causa, imò sufficit allegare diuturnã præstationẽ:sed oportet allegare causam quæ ex diuturna præstatione probetur.hoc habes ff.de vsucapioni.cum in rem versæ.sed contra arg. sic lex ponit talem causam: † quidã alienat omnia 5
bona sua,& si non dicat, quòd in fraudem eo ipso quòd omnia præsumũtur in fraudẽ,etiã si nõ exprimatur .ff.quæ in fraudem credito.omnis.§.Lucius.
quia

quia & hic præsumetur obligatus oportet exprimere: dicendũ quòd ideo de libello, dicendũ ibi de
6 libello supplicatorio nõ cõuẽtionalia. †Dicens tamen simile est, dicũt: duo sunt genera præsumptionum: quædã iure & de iure quæ nõ recipit probationẽ in cõtrariũ: * quædã iure nõ tamen de iure. Et contra istam præsumptionẽ admittitur probatio q̃d præsumetur: primò oportet exprimere qua præsumptione præsumo, & allegare in isto genere fundi obligationẽ præstitã, præsumitur obligatio: vnde oportet quòd rei vendi. cõpetit, quãdoq; directa directè, quãdoq; vtilis vtiliter, quãdoq; directa vtiliter, quãdoq; vtilis directè. directa vtilis accipit ex parte actoris. directa vtiliter ex parte rei, quis habet directã rei vendicatio? ille qui habet directũ dominiũ, vt emphyteuticari⁹, superficiarius, vel qui habetur ꝓ domino sumptione, mater, pater vẽdicat filiũ à dicta causa à iure quæsitũ, neq; habet dominiũ directũ. dicit gl. & qui nõ emit à nõ domino bo. fi. vtilẽ rei vẽd. doct. hoc nõ admittũt, imò ha
7 bet publicianã, & † differt habere vtilẽ rei vẽd. & publicianã: quia vtilis præfertur directè. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pe. l. j. & ij. nõ publician. vt ff. de publ. l. pe. ille qui possidet rem meã vel tuã, qui habet potestatẽ seu facultatem restituendi, ille tenetur directo. ff. de rei vend. l. officiũ. & posset peti ab aduersario detinente actione in rem. C. de ali. iudi. mu. cau. fac. l. j. sed non qui possidet ciuiliter tantũ, scilicet animo tenetur rei vendi. dicẽdũ ꝙ sic. ff. de vsu. l. cuiusq; fundi. dat̃ ciuiliter cõtra eũ ꝙ nõ possidet, si dolo desiit possidere. ff. de rei vẽ. ꝗ dolo po

*Quæ nõ recipit probationẽ in contrariũ. Adde limitãdo, vt per Panor. in c. is qui fidẽ. de spon. Aduerte tamen ꝙ licet cõtra præsumptionẽ iuris & de iure non admittatur probatio in contrariũ tamen admittatur cõfessio patris vt est gl. approbata in §. illud in authẽ. de æqua. do. firmant Bar. & doct. in authẽ. sed iã necesse. C. de don. ante nupt. glo. & cano. in c. de is qui fidem. de spon.

tes modo obuiare.Et ſcies quòd competit directa directo,vtilis vtiliter,vtilis directo:de iſtis verbis nō facerē vim:quia ſunt verba magiſtralia,& poſſent improbari per legē per theoricā iuris,quæ eſt talis,cū omnis burgēſis iſtius ciuitatis de omnibus ſuis poſſeſsionibus ſoluit aliquid regi.ſi verò dicit:aliquis de burgēſibus cōtra poſſeſſorē detinentem poſſeſsionem ſuā,ago cōtra te:quia tu poſsides fundum meum vel fundus cuius dominiū ad me pertinet,vnde peto,&c. ſi dicat ſe dominū directū ergo dominiū.ff.ſi ager vect.vel emphy.per.l.j.ff.de mino.& ſi no.§.ſed & poſt.Et ſic debet cadere à cauſa,cùm vtile dominiū habeat nō directū, cùm aliquid ſoluat de fundo illo:& ſic vtilis competit nō directa:& qui ineptam proponit actionē cauſam amittit.ff.ſi menſ.fal.mo.di.ſic poteſt excuſari libellus:ſecūdum omnes ſunt interponēdi ſecundum conſuetudinē regionis,cū dicit ſe tuus,dū intelligit,quòd ſi dominus eodem modo quòd poteſt eadē in aliquo ſubdito regis,& quod ſermone ſic ſunt intelligēdi habes de ſuppel.leg.l.Labeo,de fundo inſtructo.l.cū delanionis.§.aſinā.Rofredus idcirco docet fortè libellū in rei vendi. † Ego dico 8
me dominū rei talis,puta fundi deſignabit.itē meliori modo quā poterit,quoniā tu poſsides.vnde illum fundū peto mihi reſtitui cum fructibus perceptis & percipiendis contra iſtum libellū.ad eius repugnantiam arguit quidam ſic:quia eadem eſſet concluſio realis,quia iſta concluſio poteſt eſſe perſonalis actio,dicendū licet poſſet eſſe cōcluſio,tamen petendi in perſonali allegatur contractus.dicunt

cunt alij quòd ita debet concludi, vnde peto rem meam esse declaratam, per diffinitiuam sentẽtiam declaratur res esse petitoris: vt ff. de rei vendic. l. ex diuerso. ergo debet peti in libello quæ sententia & libellus confirmatur. ff. cõmuni diuidundo. l. vt fundus. dico quòd nõ oportet sic dicere: hoc tamen tutius esset: ad hoc dicendũ fuerũt moti propter hoc, propter qđ dicitur, quòd tenetur rei vendicatione nullo modo est obligatus, vnde debet conuértere actor sermonẽ suum ad iudicẽ: sed dicẽdum quòd in rei vendicatióne etiã concluditur cum sit actio, vt patet hic. Item quæris tu quid sequeretur ex ista subtilitate, si restitutio rei meæ mihi debetur officio iudicis. sequeretur ꝙ interpellatio extra iudicium facta de restituenda re mea non inducet moram. quod apertè falsum est. Item quod dicitur cũ fructibus perceptis & percipiendis, certè libellus malè formatus est: quia si est bo. fidei, de cõsumptis non tenetur: vt s. de rerum diuisione. §. si quis autẽ à nõ domino. de extẽtibus tenetur nõ rei vẽdicatione: quia naturali ratione fecit suos, vt in præallegatis §§. sed idem officio, vt C. de rei vendi. l. certũ. §. bo. fi. si autem sit malæ fidei de cõsump. tenetur condictione sine causa de extantibus rei vẽdicatione. ff. de rei vẽdicat. l. si nauis. §. fi. nisi haberet titulum quòd de percipiẽdis tenetur accusatur: vt C. de rei vendi. l. si fundum. nisi in casibus quos non prosequor notatos in prealleg. §. vnde debet libellus cõcludere. distinguo in fratribus, quia sic vel sic præferendus: vnde modum formandi libellũ secũdum Rofredum nõ probo in hoc, quod dicit: vnde peto

quòd mihi restituas, sed cùm dicit fructibus, oportet quòd dicat quâ causa cōsumpti, & ex qua causa nō essent percipiendi. Item & si exprimat, nō dicuntur peti certi cōdictione. dicēdum; debet peti certi condictione illi, de quibus potest esse certus actor: sed quando petet percipiendos de illis non potest esse certus; quia pendent ex facto aduersarij, vnde certi cōdictione nō petimus. arg. ff. quorum lega. l. j. §. quod autem. venio ad tex. dicit litera, quòd qui tenetur rei vendi. nullo iure est obligatus, quomodo ergo petetur ab eo? dicendū quòd ille qui tenet
rem meā est mihi obligatus, probatur ī simili hoc, 9
scilicet in actione de peculio, quæ est in rem quantum ad actionē. ff. ad Macedonia. l. creditorē. cōtra te nō stringitur qui possidet ad restituēdum: ergo obligatus est p diffinitionē obligationis. s. de obli. in prin. ff. de actionibus. & obli. l. actionū genera. dico ergo quòd obligatus in principali obligatione, vnde obligatur, sed non ascribitur personæ sed rei vnde obligatur, sed non ascribitur rei, vnde dicit l. prædiis sententia prædia absoluūtur, vt ff. de publ. vec. & cōmi. l. imperes.. & ff. de negotiis gestis. l. qui aliena. nisi dices te qualiter non poteris succumbere in directa rei vendicatio. si aliquis agat contra te directa rei vendicatio. post lit. contestatam desinas possidere. fac quòd quidam amicus tuus possideat;
& sic ex personali non poteris condēnari, quia desi- 10
neris teneri directa, si cōueniat te vtili lit. cōtest. incipere possidere, & sic teneberis nō vtili sed directa. dicūt doct. sed post litē cōtingat istā narrationem, tamen & formam dati libelli, sequitur con-

demna

demnatio, vt ff. de rei vendi. l. vtique. & ff. de his qui notan. infa. l. seruus. si peto seruum directa rei vendica. & post lit. contest. moritur, competit vtilis ex veritate primi li. sequitur conse. condẽnatio. Item verba siue continuè ad præsens tempus referũtur, id est ad tempus lit. conte. ff. de interdic. l. j. circa fi. sed adhuc remanet inconueniens, quia ita capio libellum datũ. Et in hoc videamus fieri istam variationem: sed tunc dicam procedi ex forma primi libelli: quia non debet offerri in voluntate rei per quem actor non posit ad suum peruenire, vt ff. de
11
9 eo quod certo loco. l. j. † Ecce forma alia: aliquis cõtra aliquem in rei vendi. produxit testes, qui deposuerunt pro eo: testibus publicatis vidit reus quòd actor probauit de dominio: vadit ad suum aduocatum dicens, malè egistis causam meam: quia à principio cùm actor dixit se dominum, & produxit testes qui deposuerunt pro eo, produxissem testes remotiores quòd ego essem dominus, sed modò post publicationem nullum possum producere, dixit malitiosus aduocatus: imò potes admitti ad producendum testes non ad fundandam intentionem tuam, sed ad conuincendum testes partis aduersæ de falsitate: & hoc potes perficere per legem C. de testib. l. vltima. & probando quòd sis dominus, opponis de mendacio testium, qui deponunt
10 actore esse dominum † : quia impossibile est quòd duo habeant dominium eiusdem rei insolidum. ff. loc. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. dicendum quòd non admittetur: quia si sic induceretur iam alia via quòd l. fi. noluerit quod esse nõ debet, vt de

his qui no.infa.l.athletas.§.si autē.ad legē in cōtrarium allegatā dicunt ꝙ post aperturā testiū admittatur reus ad cōuincendū testes de mēdacio super his,ante aperturā testium prouidere non poterāt, sed reus bene poterat prouidere an erat dominus vel non:sed si testes deponent actorē dominū quia viderunt ꝙ emit à reo vel alio,qui dominus erat in ciuitate ista tali die posset ꝑducere testes,qui probarent eū fuisse extra ciuitatē illa die;quia verū diceret ante testium aperturā prouidere nō poterat: ecce ferè † alia deposuerūt pro actore qui rem mobilem à tali emit & possedit cōtinuè dicet aduocatus,rei actor deposuerit de ciuili in animo , solue de hoc sic:si de naturali planū est ꝙ nō viderunt eū per trienniū continuè posside re,quia alij dormierunt,dicendū,cùm ipsi deposuerūt ꝙ sciūt actorem possedisse cōtinuè,intelligo sciri secundū ꝙ humana fragilitas nosce potest & scire:quia viderūt heri ante heri in possessione ar.ad hoc.ff. de ædi.edic.l. si quid sic iurat:sed ꝙ humana fragilitas nosce nesciuit,in authen.quo.opor.episcopos.§.pe. 11

1 *Seruitutem vsus si quis habet in fundo meo,potest percipere fructus ad vsus suos necessarios tantùm, & si seruitutem vsusfructus potest percipere omnes.*

2 *Actio confessoria quid sit , quare sic dicatur & cui detur.*

3 *Actio confessoria contra quem detur.*

4 *In actione confessoria tria petuntur.*

5 *Libelli forma in actione confessoria.*

6 *Libelli conclusio in actione reali.*

7 *Cautelæ quæ adhiberi possunt cū agitur confessoria.*

Aequè

Aequè si agat &c. Dixit de reali acti. rei corporalis, scilicet rei vendicatióne: nũc dicit si rei actio corporalis, scilicet seruitutis. & ista est duplex: confessoria & negatoria. de confessoria dicitur vsque ibi, ecõtra, &c. & ibi tractat de negatoria. sciendum ꝙ in isto §. equè, &c. vsque ibi, ecõtra agat de duplici seruitutẽ, personali scilicet, & reali: duplici rustica & vrbana. de personali agit vsque ibi, vel per fundum vicini, &c. & ibi de reali rustica vsque ibi, eiusdem generis ibi tractat de reali vrbana. de personali agit vsque ibi, vel profundum intimi, &c. & idem de reali rustica vsque ibi, eiusdem generis. ibi tractat de reali vrbana vsque ad §. equè. no. igitur primò quæ dicatur seruitus personalis & quæ realis, & qualiter sic dicitur personæ à re, & meritur vsum talis seruitus ex indigentia personæ, & vsus & habitatio sunt seruitutes personales, & debẽtur à re per
1 sonæ† vnde tu habes seruitutẽ vsus in fundo meo potes percipere fructus ad vsus tuos necessarios, & nõ habes plus, si habes seruitutẽ vsusfructus potes percipere omnes, vt s̃. de vsu & ha. §. huius autẽ. Et sic in personali seruitute indigentia iuris percipimus: sed in realibus seruitutibus secus. Item via actus, aquæ ductus, altius ædes tollere, inspicimus indigẽtiã rerũ in quibus debẽtur: ideo reales: quia à re rei, & in talibus seruitutibus indigentiã rei cuius seruitus debetur inspicimus: vnde si debetur seruitus itineris à fundo tuo, fundo meo possem ire per fundũ tuũ eo tẽpore, quo indiget fundus meus cultura, vel causa messium collegendarũ, & fructuũ, vt ff. de seruitu. rusti. prædio. l. veluti. vnde si quoti-

die vellē ire per fundū tuū, cùm fundus meus hoc non indiget, hoc non teneris pati: sic separatur rea lis à personali, realis vel vrbana, & per hoc rustica: quia vrbica siue vrbana est quæ debetur vrbano prædio: in quātum vrbanū est; non inspicit iudicia solis, sed superficies: sed ista est rustica quę debetur coniuncto solo: vidimus ꝓprietatē horū seruitutū, restat videre de exemplis quæ seruitus sit seruitus vsusfruc. & quæ sit seruitus eūdi, & agēdi, & planū est. modo extat de seruitutibus vrbano prædio, extat litera vt altius tollendi. sed videtur ꝙ hæc non sit seruitus, scilicet altius tollendi: quia breuis esset vt quilibet. quātum vult, posset altius tollere domū sui vsque ad nubes si posset: vt C. de serui. & aqua. l. altius. & ff. de seruitu. vrbano. prædio. l. cum eo. timore huius opinio. dixerunt, ꝙ interponitur exem plum negatoriè: audiui de quodam fœneratore ꝙ in quadā ciuitate ædificauit turrim altissimā, ita ꝙ poterat videre iste vsurarius quicquid isti faciebāt, volebant quòd ipse deprimeret domū suā, pro vsurario. sunt allegata ista, tamen dico si iste maliciosè fecerit, non est ferendum: quia maliciis hominū indulgendū nō est. ff. de rei vē. l. in fundo. vnde si hoc propter ampliationem fecerit. ff. de operibus pu. l. opus si dolo. & probat vt ff. de aqua pluuiali arcen da. l. j. §. denique, &c. inhonestum est, vt aliquis alterius diuitias videat, vel etiā paupertatem, vt C. quā do & quib⁹ quar. pars in bo. fidei de cur. debeatur. l. secunda. lib. x. & l. fi. deficiet vel fugiet æquitas, vt ff. de aqua pluui. arcen. l. ij. §. condemnatus, ad fin. §. pone ergo exēplum seruitutis altius tollēdi. potest 1 2

poni

poni ſecundum quod gl. ponit: vt ſi mihi reſtituiſti ſeruitutē tuam altius teneas, vnde ex percuſsione domus tuæ illumināt domū ne deprimas. vnde dicitur idē refulſit ſol in clipeos aureos, montes reſplenduerunt ab eis, vnde ſi vellē deprimere, & iſte impediret me vti mea ſeruitute, agā cōfeſſoria. hoc eſt quod habes: vt ff. de ſeruit. vrbanorum prædio. l. ſi arborē. vel petetur ponere exemplū ſeruitutis altius tollendi, ſecundū quod eſt ſeruitus oneris ferendi: quia poſſum tenere domū meā altam ſupra domum tuam; vt domus tua ſuſtineat onus domus meæ. & ad hoc alleg. l. ij. quā gl. adducit, vt ff. de ſeruitut. ruſtico. prædio. l. cum debere. pono exemplū potentiſsimū: tu debes mihi ſeruitutem, vt domus meæ fuerint altiores tuis: ſi vis eleuare, agā cōtra te confeſſoria; ponit aliud exēplum de ſeruitute reali vrbana, vt ius inſpiciendi: ſed & huius eſt lex, ſed ſi animo nocēdi quid faciat: probatur quod malitiis hominum non eſt indulgendum: & ſi habes aſpectum; poſſum releuare murum meum in quo non videas non poſsit eſſe. ſed Anto. dicit, vt dixi de ſeruitute altius tollendi. pro euidentia materiæ huius multa ſunt videnda. vnde quid ſit actio confeſſoria, quare ſic dicatur, cui datur, contra quem debetur, quomodo libellus formatur in ea. vltimo de quibus cauillationibus & cautelis adhibendis,
2 cùm agitur confeſſoria. De † primo dicendum eſt: ſed debes notare, quod actio confeſſoria in alia ſignificatione. ff. ad legem Aquiliam. l. Neratius. §. penultimo, & vltimo. actio confeſſoria accipitur, id eſt actio quæ oritur ex confeſsio-

ne aduersarij: & aliter hic accipit, quia hic dicit actio confessoria quondam confitenti & asserenti: sed quærés quæ est ratio nominis hic, & sic eodem modo nominetur: dicit quòd leges noluerunt dare nomina actionum, prout est posibile: sed quia plura negotia sunt: vt ff. de præscrip. ver. l. iiij. īcipit natura, &c. ideo duæ actiones vno nomine nominātur. de ista expositione aliâs appositione reprehendunt doct. Placen. & dicunt ꝙ quādoque datur confessoria negandi, vt si dicam sic. Dico contra te, quòd domus tuę debent domibus meis seruitutem altius non tollendi, vnde peto, &c. hic vides quòd per verba negatiua datur dicendū, licet ista verba sunt negatiua, cùm dantur affirmanti: quia affirmatur mihi deberi seu domibus meis, & domibus tuis seruitutem altius nō tollendi: sed in negatoria modus soluendi est negare: vnde datur ei qui negat se debere seruitutem, vt ff. si seruitus vendi. l. secūda. Quæritur de tertio cui datur: quòd si habeo in fundo tuo ius soluendi, habeo cōfessoriā seruitutibus: realiter datur confessoria directa directo domino fundi, cui debētur seruitus datur vtilis: vt ff. de seruitu. ti. generali. l. ei qui. & ff. si seruitus vendicetur. l. ij. in textu, & in glo. † De quarto cōtra quē datur: 3
dicunt quidā cōtra possessorem fundi, qui fundus debet seruitutem. & hoc dicunt per rationem & per legem. ratio est, quia realis sicut & rei vēdi. quæ realis est, quæ datur cōtra possessorem. vt C. de aliena. iudi. mutan. causa fact. l. j. sed sic ista dari debet contra possessorem, pro ista etiam sua sententia in lege expressa. ff. de serui. titu. generali. l. vlt.

quòd

quòd datur confeſſoria contra omnem prohibitionem vtiliter:& caſus eſt legis expreſſus.ff.ſi ſeruitus vendi.l.ſi quis diuturno.arg.ratione in contrarium inducta ad legem reſpondẽdum eſt,ad rationem ſic:quia datur contra prohibitionem,licet nõ poſsideat ſeruitutem. Et tamẽ realis eſt:vnde dico ꝙ prohibitio loco poſſeſsionis eſt.hoc probo ſic:in iſtis ſeruitutibus patientia eſt pro traditione:ergo prohibitio pro obligatione:& ſic qui prohibet videtur auferre,& ſic quaſi poſsidere quæritur quaſi pro poſſeſſore.hoc prohibes,vt ff.de ſerui.titu.generali ad legem,quã adducunt,ꝙ cõfeſſoria datur contra poſſeſſorem fundi ſeruientis nõ cõtra aliũ. dicit glo.ibi.verum ibi prohibebat: ſed quomodo poteſt eſſe ꝙ tu poſsides,& petis à me prohibente? aduerte brocardica.dicam cùm rem habeo,& rem peto in ſeruitutibus,vt dixi,prohibitio hic procedit.Et ideo ratio eſt,vt ab eo petatur ſeruitus,ſicut eſt in rei vendicatione,quæ datur cõtra prohibentem vel retinentẽ cõtra omnem facultatem rei reſtituendæ,vt ff.de rei vendi.l.officium.nihil ex iure petendi debet iudex iſtius in referenda ſentẽtia. ideò in lege ꝙ aliquis petit rẽ,vt ſibi caueat de euictio.nõ rem ſimpliciter:& ad hoc facit neceſsitas, & ſic eſt hic.nã petitur ſeruitus à prohibente,non debet peti ſimpliciter,ſed vt ſibi cõmodet,& vt nõ prohibet amplius facit fundus petitur , ſed vt de euictione caueatur,vt ff.de verborum oblig.l. Iulianus.ideo illa in ſimili in ſeruitutibus hoc dicit per legem,ff.ſi ſeruitus vẽdi.l.vti frui.quoquomodo acquiritur ſeruitus,an quæris de ſeruitute quæ

consistit in faciendo. Item dico quòd eius possessio acquiritur per vsum, vt seruitus, aquæ ductus, & illæ seruitutes habent continuam causam quę habẽt contractum vsum. ff. de seruitutibus. l. serui. ti. generali. si quæras de illis quæ in non faciendo consistunt, eorum possessio quasi acquiritur per prohibitionem domus tuæ iuxta meã nõ eleuatã altius: si sic steterit per multa tempora nõ par. hic sum in quasi possessione seruitutis: sed si tu vis eam eleuare, cõtra prohibeo: & tu desistas prohibitione, sum tunc in quasi possessione seruitutis altius nõ tollẽdi, vt C. de serui. & aqua. l. j. & ij. & l. altius, cũ se. quę possessio seruitutis per vnũ actũ acquiritur. vnde si aliquis sit in possessione seruitutis sub iuris eligendi, ponit litera tria exẽpla in personalibus seruitutibus, in quibus habet locũ cõfessoria vt inhabitatis. per hoc qđ dicit, si agat ius sibi esse vtendi in ædibus. Item in vsufruc. per hoc qđ dicit, si agat ius vtendi esse in facto. Io. dixit, nónne sunt plura exẽpla personalis seruitutis ? vnde si concedat villæ meæ meæque personæ nulla seruitus est. dixit Ioã. non habet locũ confessoria quòd scripsit contrarium: vnde in multis casibus habet locũ confessoria aliis ab istis tribus: habeo in nemore duo plaustra lignorum, annuatim: dico ꝙ est seruitus personalis. cõstat ꝙ realis non est dicendũ, imò personalis seruitus innominata, & habet locũ confessoria & auxilium possessorium, vt ff. de serui. prædi. rusti. prætoris. aliâs l. potestatis. & l. veluti. de hoc habes ff. de vsuf. l. si quis binas. & scis tu quãta est iuris theorica? certè maxima: quia talia si non essent

serui

ſeruitutis,non haberent locum realis actionis:con feſſoria & negatoria valet auxilium poſſeſſorium, ſed perſonales actiones ex vendito locato vel ſimi
4 les.† Quæritur,quid petetur in cõfeſſoria? dico ꝙ tria, vt patiatur aduerſarium vti ſeruitute, & ne ipſum prohibeat,& quando petitur reſtitutio habeo in fundo tuo ſeruitutis vſufr.tu poſsides fundum,habeo contra te cõfeſſoriam vt reſtituas poſſeſsionem fundi,& quòd poſsim vti frui.d.§.vlti.
5 † Queritur de formatione libelli. * Rofredus ſic format in ſeruitute itineris:Ego dico contra Titiũ quòd habeo ius eundi per fundum talem:vnde cũ prohibeat, ago contra eum vt me non prohibeat ire per fundum,ſed patiatur.reprobatur à quibuſdam quia obſcura ſunt verba iſta.habeo ius eundi, poſſum ſeruare in poſſeſſoriũ ſi ſim ꝑ triginta dies nõ vi,non clã,non præcario habeo ius poſſeſſoriũ. vnde libellus obſcurus quæritur nullus:q̃a lex dicit,nõ differt an aliquis obſcurè reſpõdeat aut nihil reſpõdeat.ff.de inter.ac.l.de ętate.§.nihil intereſt:per hoc non meruit reprobari ille qui ſic habet eundi ius,non habet ſimpliciter ius,donec probauerit ſeruitutẽ ſibi deberi:ſed tamen hoc dico: ius habet multa ſignificata,ideò vt tollatur omnis obſcuritas,dicemus in libello cõtra talem quòd ego habeo ſeruitutem eũdi,&c. ſed ego poſſum dicere eundi,&c.& in ar.litera noſtra æquè ſi agat ius ſibi eſſe non dicit ſeruitutem,ſed ſciat ꝙ libellus meruit in hoc reprobari.Item ſcias ꝙ in perſonali ſeruitute ſufficit dicere:dico contra talẽ ꝙ ego habeo ius ſeruitutis vſus vel vſusfruct⁹ fundo tuo,&c.ſed: in rea

* De formatione libelli. Adde qualiter debeat formari libellus in cõfeſſoria Bar. in l.harũ.ff. ſi ſerui.ven. & plenius in l.ſi prius in v.op. col.vij. ff.de ope.no. nunti. & per Inn. & cano. in c.Abbate. de verb.ſign. Et libellũ & materiam in cõfeſſoria & negatoria vide per Ange. in repet. l. ſi quis vi in ff. differẽtia. in v.& vj.charta. ff de acquir. poſſeſſ. Adde in materia negatorie Alex.cõſ. cxxxv. in ij. vol.& de confeſſoria Pau. de caſt.conſi. ccvj.

in reali debet dicere,fundus debet,&c.quia in ser-uitutibus realibus vt dictum fuit in princ.locationis.nam considerauimus personas,vnde sicut prælatus debet ecclesiam,cuius nomine agit exprimere,sic qui agit pro seruitute reali debet exprimere prædium,& cui debetur seruitus:quia prędiũ agit, & prædium conuenitur,& prædiis sentẽtia datur, vt ff.de pub.vectig.& com.l.imperatores.ff.de nego.ge.l.qui aliena,in fi.Item peccat libellus in alio, quia debet fieri mẽtio indigentiæ rei:quia tempus est messium,vel tempus sit colendi.si enim vellet quis ire per fundum,qui debet seruitutem itineris fundo suo,non propter indigentiam fundi cui seruitus,sed quia vult ne causa solicitãdi posset probari,nõ dico hoc apponi debere:dico ergo ꝙ libellus malè formatus,& secundũ eum ꝙ format Rofredus.& de hoc tacet reus. Itẽ debet dicere,& peto vt mihi caueas de me non impediendo in futurum,vel vt patiaris me in futurum,quia est senten tia,& libellus debet cõformari,vt ff.commu.d.l.vt fundus.sed hoc dicitur in summa,vt ff.si serui.vẽd. l.egi.& l.agrum.ergo in libello.Item cõfessoria vt interesse loco fructuũ,scilicet quia interfuit ipsum tempore præterito nõ fuisse impeditum vti seruitute,vt ff.si seruitus ven.l.sicuti.ff.de rei vend.l.ex diuerso.§.vbi autẽ.sed de hoc non multum curo. †Debet igitur sic libellus concludere in reali seruitute:dico quòd fundus meus talis & designabit vt melius poterit designari in fundo tali,habet seruitutẽ eius & tempore tali,cùm talis me prohibeat ne vti possim,peto vt patiatur me vti & caueat de

non

non impediendo in futurum:& quia mea tantum intereſt quòd tunc impediuerit peto intereſſe. ſed quomodo intereſſe peti debeat, hic non dico: petitur agere patientiam, vnde dico ꝙ per patientiam etiam quam patientia peti non poſſet in ſeruitute reali, ſed in ſeruitute oneris ferendi, peto parietem tuum refici, vt onus domus meæ poſsit ſuſtinere cõmodè.& ita ſibi petit factũ. ſed quæ eſt ratio ꝙ in ſeruitute reali per cõfeſſoriã non poteſt peti aliud quã patientia? ratio eſt, ꝙ in confeſſoria quæ eſt in reali ſeruitute, ius debet eſſe rei: ſed impoſsibile eſſe rem onerari ad dandũ, ſed pone contrahentiũ onerari poſſum, vt impoſsibile eſt ꝙ in cõfeſſoria quæ competit pro ſeruitute reali vel etiam perſonali. Et ibi ſic dandũ à re perſonæ ad quã patientiã poſſet, vt ff. ſi ſerui. ven. l. ſed & ſi forte. §. j. dominus meus dicebat, ꝙ ſi decimæ debeantur, ꝙ hoc ſit ius ꝙ ruſticus teneatur ſoluere ſacerdoti quod nõ petitur per cõfeſſoriam, ſed ius eſt quod ruſticus teneatur relinquere in ſuo, & pati ſacerdotem ꝙ accipiat in ſuo, & ſic ſacerdos debet tãtum cõcludere quòd patiatur, & tunc poteſt petere decimã confeſſoria, ſi non in patientia conſiſtit decima ſed ſolutione: quòd hic ſit ꝙ ruſticus teneatur ſoluere, tunc non confeſſoria petitur ſed cõdi. ex lege diuina, quòd ſeruitus niſi cõſiſtit in pœna. ff. de ſerui. ti. generali. ꝙ tres ſunt leges loquẽtes de materia quã ſubiiciam. ff. de dam. infec. l. à quo. ff. ſi ſerui. vend. l. is cuius. ff. de oper. no. nun. l. ſi prius iure. imò prius actor, ſed vincit in poſſeſſorio, & debet admitti in quaſi poſſeſsione ſeruitutis per patientiam & cum

caut

cautione,qua patitur reus vti seruitute:& non impediet reus,donec probauerit iure suo & sic ad tēpus:& hoc non faciat reus,sed si est contumax. Et si non tradat quasi possessionē rei petitę.debet actor mitti in possessione omnium bonorū,seu in reali actione siue in rei vendicatione:si fuerit reus contumax,fiat missio in possessionē rei petitæ:& ideo diuersitas quòd hoc tenetur ad patientiam & ad cautionem:ideo fit missio in omnibus bonis.neq; fortè est hoc correctum,& quòd dixi hoc fieri missionem in possess.quasi seruitutis,hoc est verum,si possit fieri missio sine enormi dāno:sed si sine enormi damno mitti nō potest in quasi pos.seruitutis, tunc nō ponitur,vt quia habeo in domo tua seruitutem altius non tollendi:tu altius tollis,si mitterem in poss.quasi seruitutis iam destrueretur ædificium,nō mittatur in pos.ædificati nec seruitutis, donec reus probauerit ius sibi altius tollēdi.sic loquitur lex,ff.de dam.infect.l.illud à quo. † Itē scias 7
quòd agit confessoria in seruitute reali.dicit dominus sic,se dominiū fundi cui debetur seruitus, & seruitutem esse constitutam.& ideo si directa fiat exceptio,debet reus negare vtrunq; vel vnū agnoscere,scilicet ꝙ est dominus talis fundi reliquum negare,scilicet quòd seruitus omnino fuit constituta.dicūt tamen quòd est cōsuetudo formādi,qđ dicit reus.nego ista prout sunt petita.& potest hoc negare omnia ar.de admi.tu.l.pluribus.§.dicēdum quo modo de cautelis:& dicunt ad cautelā primā esse.negabis vnum,& de alio nihil dices, extrà de præscrip.postea reus dicet,quòd nō fuit remissum

ad ſingula.nam ſi non eſſet ſeruitus ordinata,non valet qđ eſt actum.C.de ſentẽ.& interlo.omniũ iudi.l.prolatã.ſed nõne ſi vnũ negauit aliud cõceſsit? extrà de pręſum.c.nõne Samaritanus.ac dico ꝙ hic ſunt plura in petitione non connexa.ſ.ꝙ eſt dominus,& ꝙ ſeruitus debetur ſucceſsiuè poteſt fieri lit.cõteſta.ar.ff.de arbi.l.ꝙ iudex ex pluribus.C.de tranſactio.l.ſi ex falſis.alia cautela eſt in probationibus,ſi quis vſus fuit per decenniũ tempore meſſium,vt ducat currũ oneratũ per fundũ ad ciuitatem,& faciat ſic per decenniũ.ſed poſtea prohibeatur,aget confeſſoria.& dicit ſic:dico contra talẽ,ꝙ ipſe mihi cõſtituit ſeruitutẽ ex cauſa emptiõis:exprimat quã cauſam velit,dicit reus,ego nego qđ faciet actor:ꝓbet per duos teſtes,ꝙ per decẽniũ vſus eſt,& ꝓbato vſu decẽnij pręſumet̃ dicta.ff.de vſu.l.cũ in rẽ verſo.prima cautela mala eſt:illa prior ſic erit nouiſsimus error peior priore.vnde dicendũ lex illa cũ de in rẽ verſo.loquit̃ de ſolutiõe ſolui p decẽniũ duos denarios tanquã debitũ:ideo pręſumit lex cauſam debiti,qđ fuerit verè debitũ:qa nemo pręſumit̃ iactare ſuũ.ff.de ꝓbatio.l.cũ de indebito.hic verò eſt tãta pręſumptio partiũ,quãta fuit traditio.& ſi dices patiẽtiã haberi ꝓ traditione,vt ff.de ſerui.l.quoti.verũ eſt in patiẽtia circa pręcedẽtia.Ex quo eſt patiẽs obligatus,vt C.de acquir.poſ.l.nec ex vera.tutè librũ capere niſi an vendiderim, iſta patiẽtia nõ habetur pro traditione.Itẽ arg.contra hoc dicitur in ſentẽtia per iudicẽ,& non caueas de nõ impediendo in futurũ,quia tractatus futuri temporis,&c.l.j.ff.de vſu.

FINIS.

LVGDVNI,

Excudebat Iacobus Forus.

INDEX SENTENTIARVM,

quæ in hoc volumine scitu digna videbantur, per ordinem alphabeticum digestus.

Differ

Legit

Maritus

Prælat

Regul

gato

FINIS.

vide ibi

quidam

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]